

nam uenit omni mili



Lione estima eorum consumos mortales  
sunt ex semib. vel distill. liquoris calamine  
est ad emolumenta medicinales, algoricos  
ad amula fonsuris relaxantes. Semper non  
excessus temperatur. hoc interstans non  
velat. Et accidentis diuersis factis se prius  
cont.


Medicina vero hunc auctoritate probata  
est res ipsa ut primaria fons secundum  
Dane tractat hinc in aliis verbis solitudo  
sit sed etiam regnum ei genitoribus  
semper  
57. apudella ligil lundebur actione vel,  
sida sida exculpa restitutio ex  
furobori autem exortus potest a gravi  
et nra. vel atra ex parte signif.

Meliori evanescere  
Phasenii ante  
ca sic distillata  
figurata summa  
tincta noscitur et  
debet esse  
vita noxii ab  
hunc

EMMANUELIS  
ALVARI  
E SOCIETATE JESU  
DE INSTITUTIONE  
GRAMMATICA

Libri III.

QUORUM SECUN-  
DUS NUPER EST AD VETE-  
REM FERE GRAMMATICORUM RA-  
TIONEM REVOCATUS



Typis JOSEPHI THADDÆI MAYR,  
Inclitæ Provinciae Carnioliae Typographi,  
ANNO M. DC. XCIV,

# AUCTORIS CARMEN AD LIBRUM.

**S**i quis te Criticus docto perstrinxerit ungue,  
 Sint tibi Censoris munera gratatui.  
*Grates laetus ages, torvos ne contrahet vultus:*  
 Nec signa ingrati pectoris illa dabia.  
**S**i quid Aristarchus forsitan laudaverit idem,  
 Lumina dejicies, occupet ora rubor;  
 Nec te mulceri flatu patiaris inani:  
 Debetur soli gloria vera DEO.

## IDEM AD CHRISTIANUM PRÆCEPTOREM.

**P**AUCIA te volo, Christiane doctor,  
 Aurem, quæso benignus admovete.  
 Mores si doceas pios, pudicos  
 Primum: dein monumenta purioris  
 Linguae, cum pietate copulata  
 Vera, te faciet beatioris  
 Vita participem Omnia Magister.

AU.

## AUCTOR LECTORI.

**L**ibros de Grammatica Institutione, quos nuper ex explanationibus illustratos edideram, compulsius sum, lector humanissime, nudos ferre, ac luce privatos, diligentius tamen correctos, denudo foras dare; tum ne scholiorum multitudine impedirentur tirones, tum ut eis non solum ad divites, sed etiam ad tenuiores, quorum multo major semper fuit copia, aditiis patet. Quare te etiam utque etiam rogo, ut eorum tenuitatem, vel nuditatem potius boni consulas. Vale.

## EMMANUELIS ALUARI E SOCIET. JESU DE INSTITUTIONE GRAMMATICA.

### Liber I.

#### P RÆFATI O.

**J**ure optimo labore hic, qualiscunq; est, frustra fu-  
sceptus in tanta librorum multitudine videri pos-  
set, nisi singulatis illa virtus, quā res parvæ cre-  
scunt, sine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Et  
enim cum Patribus nostris illud in primis propositum  
sit, atque ob oculos perpetuò versetur, ut qui Societa-  
ti JESU, ejusdem DEI Opt. Max. beneficio, nomen  
dedimus, non solum in iis, quae propria ipsius sunt in-  
stituti, verum etiam in rebus, quæ minimi videntur  
esse momenti, concordissimè vivamus: visum est ab  
aliquo nostrum Grammaticam artem scribendam esse,  
quā ubique terrarum quoad ejus fieri possit, nostri ute-  
rentur. Quod onus cum mihi esset impositum, ide-  
quidem non meis numeris, ( scio enim quam sim im-  
becilis ) sed sanctæ obedientiæ viribus fretus, libenter  
suscepi. Nam ei qui sponte sua sui juris esse desit,  
proprioque iudicio, atque voluntati propter Deum  
nuncium renuit, non tam inscitiae nota, quam ne-  
obedientis animi crimen pertimescendum est. Suscea-

pto itaque onere, operam dedi, ne Officio meo decessem:  
fontes ipsos adii, M. Varronis Romanorum omnium  
eruditissimi libros de Etymologia, atque Analogia:  
duodecim Fabii Quintiliani de Institutione Oratoria,  
qui mihi magnum adjumentum attulerunt, Auli Gel-  
lii Noctium Atticarum undeviginti; Probi, Diome-  
dis, Phocæ, Donati, Prisciani institutiones Gramma-  
ticas, ut potui perlegi, quorum postremus ante mille  
annos, Justiniani Principis ætate, Athenis floruit Is-  
præter cæteros, decem & octo libros scripsit, in qui-  
bus passim hominum doctissimorum testimonias uti-  
tur, quorum hodie aut nulla, aut peregrina extant ve-  
stigia. Est ille quidem sermone inornato, & incom-  
pto; sed multa & varia eruditione. Labitur inter-  
dum ut homo: maximè ubi Latina præcepta ut Græ-  
cus, ad Græcorum normam exigit: sed gravissimo-  
rum auctorum, quos tertio quoque verbo citat, præ-  
clarà atque luculentâ doctrinâ ejus errata obteguntur  
penitus, & obscurantur. De rebus vel minimis, te-  
nuissimisque, hoc est; primis elementis, quæ fuit di-  
ligentiâ, testes locupletissimos M. Varronem, C. Cæ-  
sarem, Plinium, atque alios quām plurimos producit.  
Nemo mihi quidem rem Grammaticam copiosius, ne-  
mo accuratius, aut tractasse, aut plures veterum Gram-  
maticorum commentarios videtur pervolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evoluimus,  
qui nobis usui essent futuri. Jactis ad hunc modum  
fundamentis, ex utrisque Grammatices præcepta de-  
legimus, quæ Terentii, Ciceronis, Cæsaris, Livii,  
Virgilii, Horatii, atque aliorum veterum testimoniis  
pro nostra tenui, infirmaque parte confirmavimus. De  
his, si qui forte in hunc librum incidissent, breviter  
putavimus admonendos. Reliquum est, quoniam li-  
brorum infinitus est numerus, scribendorum nullus  
est finis, ut convenienter divinis præceptis, congru-  
enterque vivamus: ita enim fiet, ut in libro vix con-  
scripti, Dei Opt. Max conspectu, cui hoc opusculum  
dicamus, perpetuè fruamur.

# ADMONITIO AUCTORIS.

**C**um præclarum illud Horatii dictum :  
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem  
Testa diu.

Verissimum esse re ipsa quotidie experimur : dabit in primis operam Præceptor, ut discipuli etiam nunc tyrones, & latine linguae rudes, iam inde à principio, optima pronunciationi assuecant : quod ut jacilius sequamur, studiosè diligenterque observabit, quibus præcipue vitijs laboret ea regio, in qua sibi commissam juventutem instituet : nam singulis fere nationibus domesticā quædam, ac native insunt vitia ; quibus Latini sermonis splendor obscuratur. atq; pene obruitur Nostrates pueri, si Magistrum diligentem, ac bene pronunciandi studiosum nati fuerint, non malè euidem pronunciant : Sin verò in eum incidunt, qui officio suo desit, ac de auditorum progressu parum sit sollicitus, barbare litteras M. & N. extremas sonant, utuntur enim littera nescio quâ, notâ, & adulterinâ, cuius littera P. Nigidius apud A. Gellium, lib. 19. c. 14. mentionem facit. Inter litteram, inquit. N. & G. est alia vis, ut in nomine Anguis & Angaria, & Anchora, & increpat, & Incurrit, & ingenuus. In omnibus enim his non verum N, sed adulterium ponitur : Nam, non esse, lingua indicio est. Nam si ea littera esset, lingua palatum tangeret. Hæc ille. Loquitur, ut videt, non de extrema littera N. sonus tamen & pronunciatione eadem prorsus est, quæ nostratum M. & N. cum sunt ultimæ : eodem enim modo barbari, M. & N. extre mas pronunciant : D, T, it idem extre mas sape numero instans omittunt : intendum posteriori E, adjungunt, Este, abeste : pro Est, Abest dicentes. C. ultima eanaem vocalem addunt, eamq; sono accedente ad littram, Q, pronunciant, Hice, Hæce, Hoce, effutientes : quos ne primam quidem nominum formam patietur Præceptor ediscere, nisi prius hanc barbaricem penitus exuerint : nam cum pro-

nomen hoc crebro sit usurpandum, opus est, ut id ante optimè pronuncient, quām memorie infigant. In mediis vocalibus C. ante T, vix attingunt, Paclum, delictum, dictum, doctum, ductum, quāq; sunt generis ejusdem, C. litterā privantes. Eādem injuriā afficiunt P, ante T, & S, Aptus, inceptus, scriptus, ruptus, carpsi, repsi, scripsi, nupsi: siquidem in his, & similibus verbis vix auditur. P. Idem alterum S, nonnunquam suppressunt, differo à dissolvo, dissiden, & nonnulla id genus perperam sonantes V. post litteras Q & G. cūm liquefacit; ita opprimunt vel potius extingunt, ut Quare, Quam, Aqua, Lingua, & alia ejusdem generis verba fædissimè corrumpant. Jam verò X, quoq; loco fuerit, pronuntiantes, pingue quidam & peregrinum sonant usque eo; ut, cūm, verbi causa. D:xi pronuntiarint, credas te non Romanum sed Arabicum verbum audisse. In his, atq; ceteris vitiis extirpandis nervos omnes vigilans, & industrius Praeceptor contendet. Varia remedia excogitabit, quibus os, linguamq; rudem in formet; attenissimo ac libentissimo animo suos tyrones legentes audiet; curabit, ut M, pressis labris sonent; docebit N. ita pronunciandum, ut lingua palatum tangat, etiam atq; etiam inflabit, urgebit, ut Hic, Hæc, Hoc, ita pronuncient, ut vocalem quam de suo addunt, procul abijcant: X, in pristinum statum restituet, ac frequentissimè inculcabit, compendium esse duarum litterarum C, & S. neq; aliter dixi pronunciandum esse, quām si per C. & S. scriberetur DICSI. Rubiginem in elementariis ludis contradicam diligentissimè deterget, in his enim multa variisque pronunciationis monstrana scuntur. Hic frequentes illi barbarismi Deio, meio, dei-um, meium, meia, meiam, meius, nostratisbus in ore sunt, siquidem I. post E, pronunciant, quoties dictio in syllabas Eum, eo eos, eam, ea, eas definit. In ijsdem syllabariis Scholis pleraq; omnia, quæ suprà diximus, orta sunt vicia nam dum verba articulatim syllabatimq; potius man- dunt, quam sonant, litterasq; alias detrabunt, aliis alias pro-

permuntant, sonos angunt novos, & in auditos. Quare congerenda est magna vorborum sylva, quorum pronunciatio difficilior sit quibuscum tam diu novi Palestritæ luctabuntur, aonec devita & postrata fædissima barbaries è palestra, gymnasioq; extrudatur, & in perpetuum relegetur. Hoc idem Fabius lib. I. initio vehementer Praeceptoribus commendat his verbis: Non alienum fuerit ab ijs ætatis, quo sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædam Versusque affectatæ difficultatis ex pluribus asperrius coëuntibus inter se syllabis catenatos, & velut contragulos quam citatissimè volvant, CAL EPO 1 Græcè vocantur. Res modicæ dicti, quæ tamen omessa multa lingue vitia, nisi primis exercitantur annis, inemendabili imposteriorum pravitate durant. Latinum Alphabetum vel syllabatim dictere non erubescet, alioquin id quod sapè usu venit, post multos annos analphabeti reperientur Eme, Ene, Erre, & alia his deteriora litterarum nomina perridieulè usurpantes. Quod si Professor id existimabit humilius esse, quam ut suum gymnasium deceat, potiusq; ad elementarios, abecedariosq; Magistrosstellare, meminerit, & se, & eam, quam profitetur artem, ab elementis, literisq; nomen traxisse. Nos certe, quoniam in eadem versamur ipsum non nudis formis, sed penitus nominibus libentissimè subiiciemus. A, Be, Ce, De, E, Es, Ge, Ha, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, V, Ix, Ypsilon, Zeta. Multa denique ut longior sim, tyrrunculis discenda, multa dediscenda sunt, prævaris nationum linguis, & vitis, quæ Praeceptor pro sua prudentia ac eruditione etiam atque etiam considerabit.

## DE NOMINUM DECLINATIONE.

VETERES ac nobiles Grammatici vel Ciceronis florentissima ætate, nominibus declinatis Pronomen five articulum ( nam utroque modo à Terentio Varione dicitur ) Hic, hæc, hoc, casibus omnibus præponabant, quorum nominum genera, tum casus nota-

bant: non quod Græcorum more Romani articulos in oratione adhiberent, sed ut expeditius rem Grammaticam tractarent: ne si virile, muliebre, ac neutrum genus nominandi, interrogandi, dandi, cæterosque casus tæpius incutcarent, legentibus tedium afferrent. Qua declinandi ratione M. Varro Romanorum eruditissimus frequentissimè utitur in ijs libris, quos de Analogia scriptos reliquit, in quorum tertio. Dicunt inquit, non habere casus Mox, & Vix; Nequam habere, quod dicamus hic nequam, hujus nequam, huic nequam. Item in eodem, ubi de naturali, & voluntaria declinatione agit, Naturam dic oculum universi acceptum nomen ab eo qui imponit, non requirimus, quemadmodum id velit declinari, sed ipsi declinamus: ut hujus Romæ, & Romam: in eodem. Dicitur enim hic lepus, & hoc Nemus: si ejusdem generis essent, utrique proponeretur idem, ac diceretur, aut hic Lepus, & hic Nemus, aut hoc lepus, & hoc Nemus. P. Negidius, quem M. Tullius, propter excellentem & ingenii, & eruditionis præstantiam coluit, atque plurimi fecit, in quarto & vigesimo commentariorum Grammaticorum apud Gellium lib. 13. cap. 14. Si hujus inquit, amici, vel hujus magni scribas. unum I. facito extrellum: sin verò hi asperci, hi magnei, casu multitudinis recto, tunc ante I, scribendum erit E, atq; id ipsum facies in similibus. Eodem modo Fabius, Probus, Gellius locuti sunt, & qui post eos præcepta Grammaticæ tradiderunt. Donatus non solum articulos casibus, sed ipsis etiam articulis casuum appellatioues præposuit, hoc modo: Nominativo hic Magister Genitivo hujus Magistri, Dativo huic Magistro. Diomedes veterum ritu articulis contentus fuit. Quid ergo, dicat aliquis, tibi in mentem venit, ut à gravissimorum hominum sententia recesseres? Ego verò tantum abest, ut ab eorum sententia recesserim, ut ipsis etiam in his commentariolis ad imitandum mihi potissimum proposuerim. Quibus igitur rationibus adductus pueris declinationum formas,

prætermisſis articulis ediscendas proponis? Nimirum  
 quia satis, ſupérque arbitror caſuum vocabula iſpis ca-  
 libus præponere; articulos verò nominum tantum  
 positionibus, rectisque caſibus. Aliud eſt enim ratio-  
 nem, viamque tradere, quā Latinam linguam diſcas;  
 aliud Grammaticæ quæſtiones explicare, nodosque  
 difficultes expedire. Hic & articulis licet utare, & aliis,  
 quæ Grammaticorum quidem ſunt propria, fed à Latini-  
 ni termonis cultu, & elegantia longè alieniſſima; il-  
 linc omnia, quæ potius impedimento eſſe poſſunt,  
 omnino, quod ad ejus fieri poterit, removenda ſunt.  
 Quotſum enim ea pueri memoriæ mandent, quæ nul-  
 lam iſpis utiliatem ſint allatura? Quid attinet nomi-  
 na articulis infarcire, quorum nullus in oratione Latini-  
 na fit uſus? Quod ſi priſcis illis temporibus in ſtudio  
 ſuit ludi Magistris, ut pueros nomina in caſuis incli-  
 nantes articulis, tanquam crepitaculis quibusdam, ob-  
 lector ent, nemini id mirum videri debet: ſiquidem ea  
 etate latinam lingnam cum lacte nutricis ſugebant.  
 Nobis verò non idem licet, qui mulas non domi natas.  
 ſed multo ſudore partas colimus. Quæ cùm ita ſint,  
 ea doceantur; quæ brevi eis uſui futura ſunt. Inci-  
 piant jam nunc, loco articulorum mobilia nomina cum  
 fixis conjungle & in ipſo primo aditu uelibuloque  
 Grammaticæ, Adjectivi, ac Substantivi nominis con-  
 ſenſum concordiamque deguſtare: ac recte conſtru-  
 ctionis partem, licet imprudentes, experiri; ira enim  
 fiet, ut affidua exercitatione tum expeditius, tum fa-  
 cilius & ſcribant, & loquantur. Quæ me cauſa movit,  
 ut declinandi initium à muliebri vocabulo facerem, ut  
 vel primo ipſo die quo Grammaticam attigiffent, ali-  
 quem ſui laboris fructum perciperent: nam Adjectiva  
 fi ejusdem ſint formæ, atque exitus, ſine ullo labore  
 cum Substantivis copulant; ut, Ferula acerba; ſin au-  
 tem figura ab ijsdem diſcrepent; non ſtatiu, ſed pa-  
 cies poſt diebus declinanda ſunt ut Ferula minax, Muſa  
 duclis.



**PRIMA NOMINUM DECLINATIO.**  
**Musa, nomen declinationis primæ, generis**  
**Fœminini, numeri Singularis.**

*Sic declinabitur.*



Tō hæc	Musa	Die Kunst.
Genitivo	Mulæ	Der Kunst.
Dativo	Mulæ	Der Kunst.
Accusativo	Musam	Die Kunst.
Vocativo	ô Musa	O du Kunst.
Ablativo	à Musa	vonder Kunst.

*Numeri Plurali.*

Nominativo	Mulæ	Die Künste.
Genitivo	Mularum	Deren Künsten.
Dativo	Musis	Denen Künsten.
Accusativo	Mulas	Die Künste.
Vocativo	ô Mulse	O ihr Künste.
Ablativo	à Musis	von denen Künsten.

*Hec Musa jucunda. Hec ferula acerba. Paucis post diebus. Hec Musa dulcis. Hec ferula minax. Hic nauta vigilans. Hic Poëta optimus.*

*Assuecant pueri in ipso primo aditu, vestibulōque Grammatica adjectiva nomina cum substantiis copulare. Adjectiva ne multa sint, ne inepta, ne temere congesta sint delecta, à bonis auctoribus petite ad summum duo, ut Puer verecundus, & ingeniosus.*

## SECUNDA DECLINATIO.

Dominus, nomen declinationis secundæ,  
generis Masculini, numeri singularis,

Sic declinabitur.

<b>N</b> Tō hic	Dominus	Der Herr.
Genitivo	Domini	Des Herrn.
Dativo	Domino	Dem Herrn.
Accusativo	Dominum	Den Herrn.
Vocativo	ô Domine	O Herr.
Ablativo	à Domino	von dem Herrn.

Numero Plurali.

Nominativo	Domini	Die Herrn.
Genitivo	Dominorum	Deren Herrn.
Dativo	Dominis	Denen Herren.
Accusativo	Dominos	Die Herren.
Vocativo	ô Domini	O ihr Herren.
Ablativo	à Dominis	von denen Herren.

Hic Dominus justus. Hic Dominus bonus.

Aliquot post dies. Hic Dominus prudens. Hic a-  
nimus generosior. Hec populus procerissima.

Templum, nomen declinationis secundæ,  
generis neutri, numeri singularis,

Sic declinabitur.

<b>N</b> Tō hoc	Templum	Die Kirch.
Genitivo	Templi	Der Kirchen.
Dativo	Templo	Der Kirchen.
Accusativo	Templum	Die Kirch.
Vocativo	ô Templum	O du Kirch.
Aclativo	à Templo	von der Kirch.

## Numero Plurali.

Nominativo	Templa	Die Kirchen.
Genitivo	Templorum	deren Kirchen.
Dativo	Templis	denen Kirchen.
Accusativo	Templa	die Kirchen.
Vocativo	ō Templa	O ihre Kirchen.
Ablativo	à Templis	von denen Kirchen.

Hoc templum sanctissimum. Hoc ingenium eximum.  
Suo tempore, Hoc templū ingens. Hec ingenū illustre.

Neutra habent tres similes casus, nominandi, accusandi, & vocandi, iūq; numero multitudinis à littera terminantur.

## TERTIA DECLINATIO.

SERMO, nomen declinationis tertiae, generis Masculini, numeri singularis.

## Sed declinabitur.

<b>N</b> Tō hic	Sermo	Die Red.
Genitivo	Sermonis	der Red.
Dativo	Sermoni	der Red.
Accusativo	Sermonem	die Red.
Vocativo	ō Sermo	O du Red.
Ablativo	à Sermone	von der Red.

## Pluraliter.

Nominativo	Sermones	die Reden
Genitivo	Sermonum	deren Reden.
Dativo	Sermonibus	denen Reden
Accusativo	Sermones	die Reden.
Vocativo	ō Sermones	O ihr Reden.
Ablativo	à Sermonibus	von denen Reden.

Hic sermo elegans, quotidianus, Hac virtus admira-  
tanda. Hoc oratio elegantior, &c.

TEM-

**TEMPUS**, nomen Declinationis tertiaz, generis Neutri, numeri Singularis.  
Sic declinabitur.

<b>N</b> Tō hoc	Tempus	Die Zeit.
Genitivo	Temporis	der Zeit
Dativo	Tempori	der Zeit.
Accusativo	Tempus	die Zeit.
Vocativo	Ø Tempus	O du Zeit.
Ablativo	à Tempore	von der Zeit.
Pluraliter.		

Nominativo	Tempora	Die Zeiten.
Genitivo	Temporum	deren Zeiten.
Dativo	Temporibus	denen Zeiten.
Accusativo	Tempora	die Zeiten.
Vocativo	Ø Tempora	O ihr Zeiten.
Ablativo	à Temporibus	von denen Zeiten.

Hoc tempus brevius. Hoc tempus pretiosum. Hoc tempus velox: hoc nomen celebre. Hoc flumen rapidum.

**PARENTS**, nomen Declinationis tertiaz, generis Communis, numeri Singularis.

Sic declinabitur.

<b>N</b> Tō hic & hæc	Parens,	(Der Vatter/
Genitivo	Parentis	oder die Mutter.)
Dativo	Parenti	
Accusativo	Parentem	
Vocativo	Ø Parens	
Ablativo	à Parente	
Pluraliter.		
Nominativo	Parentes	Die Eltern:
Genitivo	Parentum	
Dativo	Parentibus	Ac

<b>Accusativo</b>	Parentes
<b>Vocativo</b>	Ô Parentes
<b>Ablativo</b>	à Parentibus.

Hic & haec Civis. Hic & haec hostis.

*His nominibus adduntur Adiectiva non conjunctim,  
sed separatim. Hic civis Romanus. Hac civis Romana.*

### QVARTA DECLINATIO.

**Sensus**, nomen Declinationis quartæ, generis Masculini, numeri Singularis

*Sic declinabitur.*

<b>N</b> ominativo	Sensus	Der Sinn.
Genitivo	Sensuſ	Des Sinnſ.
Dativo	Senſui	Dem Sinn.
Accusativo	Senſum	den Sinn.
Vocativo	Ô Senſus	O du Sinn.
Ablativo	à Senſu	von dem Sinn.

*Pluraliter.*

Nominativo	Sensus	Die Sinn.
Genitivo	Senſuum	beren Sinnēt.
Dativo	Senſibus	denen Sinnēn.
Accusativo	Senſus	die Sinn.
Vocativo	Ô Senſus	O ihr Sinn.
Ablativo	à Senſibus	von denen Sinnēn.

*Hic Sensus hebes. Hic sensus tardus. Hic sensus  
tenuis. Hac anus delira.*

**Genu**, nomen Declinationis quartæ, generis Neutri, numeri Singularis

*Sic declinabitur.*

Nominativo	hoc	Genu	Das Knie.
Genitivo		Genu	des Knie.

Dativo	Genu	dem Knie.
Accusativo	Genu	das Knie.
Vocativo	ō Genu	O du Knie.
Ablativo	à Genu	von dem Knie.

## Numero Plurali.

Nominativo	Genua	Die Knie.
Genitivo	Genuum	deren Knie.
Dativo	Genibus	denen Knie.
Accusativo	Genua	die Knie.
Vocativo	ō Genua	O ihr Knie.
Ablativo	à Genibus	von denen Knie.

Hoc genu flexum. Hoc genu tamens. Hoc cornu recurvum, ramosum.

## QVINTA DECLINATIO.

Dies, nomen declinationis quintæ, generis Incerti, numeri Singularis.

Sic Declinabitur.

<b>N</b> Tō hic & hac	Dies	Der Tag.
Genitivo	Diei	des Tags.
Dativo	Diei	dem Tag.
Accusativo	Diem	den Tag.
Vocativo	ō Dies	O du Tag.
Ablativo	à Die	von dem Tag.

## Numero Plurali.

Nominativo	Dies	Die Täg.
Genitivo	Dierum	deren Tägen.
Dativo	Diebus	denen Tägen.
Accusativo	Diebus	die Tägen.
Vocativo	ō Dies	O ihr Täg.
Ablativo	à Diebus	von denen Tägen.

Hic dies latissimus. Hic dies illustris. Hac res  
domestica. Hac res familiaris.

**DE NOMINVM ADJECTIVORVM  
DECLINATIONIBUS DIRECTIS.  
ET OBLIQUIS**

Bonus, bona, bonum, nomen mobile, Declinationis primæ & secundæ, numeri Singularis,  
Sic declinabitur.

<b>N</b> ominativo	Bonus	Der	
	Bona	die	gute.
	Bonum	das	
<b>G</b> enitivo	Boni	des	
	Bonæ	der	guten.
	Boni	des	
<b>D</b> ativo	Bono	dem	
	Bonæ	der	guten.
	Bono	dem	
<b>A</b> ccusative	Bonum	den	guten.
	Bonam	die	
	Bonum	das	gute.
<b>V</b> ocativo	Bone		guter.
	Ô Bona	O du	gute.
	Bonum		gutes.
<b>A</b> blativo	Bone	dem	
	à Bona	von der	guten.
	Bono	dem	
Pluraliter.			
<b>N</b> ominative	Boni		
	Bonæ		
	Bona	Die	guten.

Genitivo	Bonorum Bonarum Bonorum	Deren guten.
Dativo	Bonis Bonoſ	denen guten.
Accusative	Bonas Bona Boni	die guten.
Vocative	Ø Bonæ Bona	Diſt'r guten.
Ablativo	à Bonis	Von denen guten

*Subiecta nomina eodem modo declinantur, nisi quod casus interrogandi, syllabæ, IUS, dandi vero, I. literæ terminantur.*

- A** Lter, altera, alterum: alterius, alteri,  
 Alius, alia, aliud: aliis, alii.  
 Solus, sola, solum: solius, soli.  
 Totus, tota, totum: totius, toti.  
 Unus, una, unom: unius, uni.  
 Ullus, ulla, ullum: ullius, ulli.  
 Nullus, nulla, nullum: nullius, nulli.  
 Uter, utra, utrum: utrius, utri.  
 Neuter, neutra, neutrum: neutrius, neutri.  
 Utérque, utráque, utrúmque: utriusque, utrique.  
 Alteruter, alterutra, alterutrum: alterutrius,  
 alterutri.

### TERTIA NOMINVM ADJECTI- VORUM DECLINATIO.

Acer, acris, acre, nomen adjectivum Declinationis tertiae, numeri singularis,

Sic declinabitur.

<b>N</b> ō	Hic Acer hæc acris hoc acre	Der die Sharpff. das
<b>Genitivo</b>	Acris deß / der / deß sharpffen.	
<b>Dative</b>	Acri Dem / Der / dem sharpffen.	den sharpfen.
<b>Accusativo</b>	Acrem & Acre	die sharpfse. vnd das sharpfse.
	Acer	sharpfer.
<b>Vocativo</b>	ô Acris & Acre	O du sharpfse. sharpfes.
<b>Ablative</b>	ab Acri	von dem/der/dem sharpffen.

Pluraliter.

<b>Nominativo</b>	Acres & Acria	die sharpffen.
<b>Genitivo</b>	Acrium	deren sharpffen.
<b>Dative</b>	Acribus	denen sharpffen.
<b>Accusativo</b>	Acres , & Acria	die sharpfse.
<b>Vocativo</b>	ô Acres , & Acria	O ihr sharpfen.
<b>Ablative</b>	ab Acribus	von denen sharpfen.

Sic declinantur Alacer, celer, Equester, volucer, Sylvester

Si nomen adjectivum habuerit tres formas, prima erit generis Masculini, altera Feminini, tertia Neutri.

BREVIS, & BREVE, nomen adjectivum, Declinationis tertiae, numeri Singularis,

Sic declinabitur.

<b>N</b> ō	Hic & hæc Brevis & hoc Breve	Der die kurze. das
<b>Genitivo</b>	Brevis	deß / der / deß kurzen.

Da-

Dativo	Brevi	dem / der / dem kurzen.
Accusativo	Brevem & Breve	den kurzen. die Kurze. und das Kurz. Kurzer.
Vocativo	Ô Brevis & Breve	Ô du Kurze. Und du Kurzes!
Ablativo	à Brevi	von dem/der/ dem kurzen.

*Numero Plurali.*

Nominativo	Breves & Brevia	die Kurzen.
Genitivo	Brevium	deren Kurzen.
Dativo	Brevibus	denen Kurzen.
Accusativo	Breves & Brevia	die Kurzen.
Vocativo	Ô Breves & Brevia	Ô ihr Kurzen.
Ablativo	à Brevibus	von denen Kurzen.

*Si adjectivum nomen duas habuerit formas, prior erit generis Communis, posterior Neutri.*

**BREVIOR, & BREVIUS, nomen comparativum, Declinationis tertiae, numeri Singulatis.**

*Sic declinabitur.*

<b>N</b> Tō hic & hzc	Brevior, & hoc Brevius.
Genitivo	Brevioris
Dativo	Breviori
Accusativo	Breviorem, & Brevius.
Vocativo	Ô Brevior, & Brevius.
Ablativo	à Breviore, vel Breviori.

*Pluraliter.*

Nominative	Breviores, & Breviera.
Genitivo	Breviorum
Dativo	Brevioribus

**Accusativo** Breviores, & Breviora  
**Vocativo** Ô Breviores, & Breviora  
**Ablativo** à Brevioribus.  
**FELIX, nomen Adiectivum, Declinationis**  
 tertiae generis Omnis, numeri Singularis,  
*Sie declinabitur.*

<b>N</b>	Tō hic & hæc, & hoc	Felix der die das glickselig
	<b>Genitivo</b>	Felicitas deß glückseligen.
	<b>Dativo</b>	Felici dem glückseligen.
	<b>Accusativo</b>	Felicem den glückseligen.
	&	die glückselige.
	Felix	das glückselige.
		glückseliger.
<b>Vocativa</b>	Ô Felix	Ô glückselige.
		glückseliges.
<b>Ablativo</b>	à Felice, vel Felici von dem/der/dem	
	Pluraliter.	(glückseligen.
<b>Nominativo</b>	Felices & Felicia	die glückseligen.
<b>Genitivo</b>	Felicium	deren glückseligen.
<b>Dativo</b>	Felicibus	denen glückseligen.
<b>Accusativo</b>	Felices & Felicia	die glückseligen.
<b>Vocativo</b>	Ô Felices, & Felicia	Ô ihr glückselige.
<b>Ablativo</b>	à Felicibus	von denen glückseligen.

*Si nomen Adiectivum unam tantum habuerit formam, erit Omnis generis.*

*Cum sextus casus nominum, quæ literis N. & S. terminantur, in E, ut Verius Flaccus auctor gravissimus docet, ferè exeat, cumq; Genitivus multitudinis eorumdem nominum raro ab Oratoribus immixiatur, siquidem Diligentium, elegantium, ingentium, & alios*

id genus casus plenos, non imminutos, diligentum, elegantum, &c. fermè usurpant, in locum nominis Prudens, substituimus Felix, ne imperitis errandi ansam daremus. Non negamus esse quedam, quorum Ablativus etiam l. litterā finiatur, eiusmodi sunt ingens, recens, vehemens: de quibus atq[ue] participiis, que ejusdem sunt positionis, fusius suo loco diximus. Hic enim tantum nobis admonendus fuit lector de hac exemplorum permutatione. Felix in Primis placuit, quod eo Diomedes & Donatus usifuerint.

## NOMINA ANOMALA.

<b>N</b> omine hæc	Domus	Das Haß.
Genitivo	Domi, vel Domūs	Des Haus.
Dativo	Domui	Dem Haß.
Accusativo	Domina	Das Häus.
Vocativo	ô Domus	O du Haß.
Ablativo	à Domo	von dem Haß.

Pluraliter.

<b>N</b> ominativo	Domus	Die Häuser.
Genitivo	Domorum, vel Domuum	deren (Häuser.
Dativo	Domibus	denen Häusern.
Accusativo	Domos, vel Domus	die Häuser.
Vocativo	ô Domus	O ihr Häuser.
Ablativo	à Domibus	von den Häusern.

Plurali.

<b>N</b> ominativo	Duo	Zwei.
	Duo	
	Duorum	

<b>Genitive</b>	Duarum Duorum Duobus Duabus Duobus	Zweyzen.
<b>Dative</b>	Duo Duas Duo Duo	Zweyzen.
<b>Accusative</b>	Duos Duas Duo Duo	Zwey.
<b>Vocative</b>	6 Duas Duo Duobus à Duabus Duobus	O ihr Zway.
<b>Ablative</b>	AMBO, eodem modo declinatur.	von denen Zweyzen.
	<i>Pluraliter.</i>	
<b>Nominativo</b>	Ambo Ambæ Ambo	Bayde.
<b>Genitive</b>	Amborum Ambarum Amborum Ambobus Ambarus	Bayder.
<b>Dative</b>	Ambabus Ambobus Amber Amber	Bayden.
<b>Accusative</b>	Ambas Ambo Ambe	Bayde.
<b>Vocative</b>	6 Ambæ Ambo	O ihr Bayde. Am

Ablativo                    Ambobus  
                               ab Ambabus von denen bayden.  
                               Ambobus

## DE PRONOMINVM PRIMITIVORVM DECLINATIONE.

Ego, Pronomen, personæ primæ, numeri  
Singularis.

Sic declinabitur.

<b>N</b> ominativo	Ego	Sch
Genitivo	Mei	meiner.
Dativo	Mihi, vel mi	mir.
Accusativo	Me	mich.
Ablativo	à Me	von mir.

Pluraliter.

Nominativo	Nos	Wir
Genitivo	Nostrūm vel nostri	vnser.
Dativo	Nobis	vns.
Accusativo	Nos	vns.
Ablativo	à Nobis	von vns.

Tu, Pronomen, personæ secundæ, numeri Singulatis,

Sic declinabitur.

Nominativo	Tu	Du.
Genitivo	Tui	deiner.
Dativo	Tibi	dir.
Accusativo	Te	dich.
Vocativo	ô Tu	O du.
Ablativo	à Te	vondie.

Pluraliter.

Nominativo	Vos	Ihr.
		Geni.

<b>Genitivo</b>	Vestrūm, vel vestri	ever.
<b>Dativo</b>	Vobis	euch.
<b>Accusativo</b>	Vos	euch.
<b>Vocativo</b>	ô Vos	O ihr.
<b>Ablativo</b>	à Vobis	von euch.

**Sui**, Pronomen, personæ tertiae, numeri  
utriusque.

*Sic declinabitur.*

<b>Genitivo</b>	Sui	Seiner.
<b>Dativo</b>	Sibi	ihm.
<b>Accusativo</b>	Se	sich.
<b>Ablativo</b>	à Se	von sich.

*Pluraliter.*

<b>Genitivo</b>	Sui	Ihrer.
<b>Dativo</b>	Sibi	ihnen.
<b>Accusativo</b>	Se	sich.
<b>Ablativo</b>	à Se	von sich.

**PRONOMINA**, Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, Idem,  
quæ aliqua ex parte primam, & secundam nomi-  
nunt Adjectivorum Declinationem imitantur,

*Sic declinabuntur.*

<b>Nominative</b>	Hic	Der
	Hæc	die
	Hoc	das
<b>Genitivo</b>	Hujus	des
<b>Dative</b>	Huic	der
		des
		den
		der
		den.

**Hunc**

	Hunc	den
Accusativo	Hanc	die
	Hoc	das
	Hoc	dem.
Ablative	ab Hac	von der
	Hoc	dem

*Numero Plurali.*

	Hi	
Nominativo	Hæ	Die.
	Hæc	
	Horum	
Genitivo	Harum	detest.
	Horum	
Dativo	His	venent.
	Hos	
Accusativo	Has	die.
	Hæc	
Ablativo	ab His	von denen.

*Numero Singulari.*

<b>N</b> ominativo	Iste	dixer
	Ista	dixe
	Istud	dix.
Genitivo	Istius	dixer
		dixes.
Dative	Iti	dixer
	Icum	dixem.
		dixen.
		<u>Accus.</u>

**Accusativo**

Istam

dise

Istud

disz.

Ito

disem

**Ablative**

ab Ista

von diser.

Ito

disem

*Numero Plurali.*

Isti

**Nominativo**

Iste

Dise.

Ista

Itorum

**Genitivo**

Istarum

diser.

Itorum

**Dativo**

Istis

disen.

Istos

**Accusativo**

Istas

dise

Ista

**Ablative**

ab Istis

von disen.

*Numero Singulari.***Nominativo**

Ille

Jener

Illa

jene

Illud

jenes.

**Genitivo**

Illius

jener

**Dativo**

Illi

jenem.

**Accusativo**

Illum

jenen

Illam

jene

Illud

jenes.

Ille

	Illo	jenem
Ablativo	ab Illa	von jener
	Illo	jenem.
Pluraliter.		
Nominativo	Illi	
	Illis	
	Illa	
	Illorum	
Genitivo	Illarum	jener.
	Illorum	
Dativo	Illis	jenen.
	Illos	
Accusativo	Illas	jene.
	Illa	
Ablativo	ab Illis	von jenen.
Numero Singulari.		
<b>N</b> ominativo	Ipse	Er
	Ipsa	sie
	Ipsum	das.
Genitive	Ipsius	sein
		jhr
		Deß
Dative	Ipsū	jhm
		jhe
		Dem
Accusative	Ipsum	jhr
	Ipsam	sie
	Ipsum	Das
	Ipso	jhm
Ablative	ab Ipsa	von jhr
	Ipso	Dem

## Pluraliter.

Nominativo	Ipsi Ipse Ipsa Ipsorum	Sie
Genitivo	Ipsarum Ipsorum	Ihrer.
Dativo	Ipsis Ipsos	Ihnen.
Accusativo	Iplas Ipsa	sie.
Ablativo	ab Ipsis	von ihnen.

## Numero Singulari.

Nominativo	Is Ea Id	Er sie das sein
Genitivo	Ejus	ihr des. ihm
Dativo	Ei	ihr dem.
Accusativo	Eum Eam Id Eo	jhn sie das. ihm
Ablativo	ab Ea Eo	von ihr dem.

## Pluraliter.

<b>N</b> ominativo	Ei, vel ii	<b>Sie.</b>
	Eæ	
	Ea	
	Eorum	
<b>G</b> enitivo	Earum	jhrer.
	Eorum	
<b>D</b> ativo	Eis, vel iis	jhnen.
	Eos	
<b>A</b> ccusativo	Eas	sie.
	Ea	
<b>A</b> blativo	ab Eis, vel iis	von ihnent.

## Numero Singulari.

<b>N</b> ominativo	Idem	Derselbig.
	Eadem	dieselbig.
	Idem	dasselbig.
<b>G</b> enitivo	Eiusdem	desselbigen.
		derselbigen.
<b>D</b> ativo	Eidem	demselbigen.
		derselbigen.
<b>A</b> ccusativo	Eundem	denselbigen.
	Eandem	dieselbige.
	Idem.	dasselbige.
<b>A</b> blativo	Eodem	demselbigen.
	ab Eadem	von derselbigen.
	Eodem	demselbigen.

## Pluraliter.

Eidem, vel iidem

Nomina-

Nominativo	Eadem Eadem Eorundem	Dieselbigen.
Genitivo	Earundem Eorundem Eisdem	derenselbigen.
Dative	vel Iisdem Eosdem	denenselbigen.
Accusativo	Easdem Eadem	dieselbigen.
Ablativo	ab Eisdem, vel Iisdem	von denenselbigen.

## DE PRONOMINVM DERIVATORUM DECLINATIONE.

**M**eus, mea, meum. Tuus, tua, tuum. Sops  
lua, suum. Noster, Nostra nostrum. Ve-  
ter, vestra, vestrum: declinantur. ut nomi-  
na adjectiva primæ & secundæ Declinationis.

Numero Singulare.

<b>N</b> ominativo	Meus	Mein.
	Mea	
<b>G</b> enitive	Meum	meines
	Mei	
<b>D</b> ative	Meæ	meiner
	Mei	
	Meo	meines
	Meæ	
	Meo	meinem.
	Meum	

Accu-

*Declinatione.*

SE

Accusativo	Meam	mein.	
	Meum		
	Mi		
Vocativo	ó Mea	O mein.	
	Meum		
	Meo	meinem	
Ablativo	à Mea	von meines	
	Meo	meinem	
	<i>Pluraliter.</i>		
Nominativo	Mei		
	Meæ	Meine.	
	Mea		
	Meorum		
Genitivo	Mearum	meiner.	
	Mcorum		
Dativo	Meis	meinen,	
	Meos		
Accusativo	Meas	meine	
	Mea		
	Mei		
Vocativo	ó Meæ	O meine.	
	Mea		
Ablativo	à Meis	von denen meinen.	
<i>Veteres minus dicebant, unde Vocativus ó mi, Hac tria Vocativus carent.</i>			
Tuus	Tua,	Tuum	Dein.
Suus	Sua,	Suum	Sein.
Vester	Vestra,	Vestrum,	Ewer.
At Noster	Nostra,	Nostrum,	Vocativus.
Habet: ó Noster,	Nostra,	Nostrum,	Önser.
			No-

**NOSTRAS, & VESTRAS, Pronomina derivata;**  
**Omnis generis, declinantur ut nomina Adje-**  
**ctiva, tertiae Declinationis.**

<b>Nominativo</b>	Hic, & hæc, & hoc,	Nostras.
<b>Genitivo</b>	Nostratis.	
<b>Dativo</b>	Nostrati.	
<b>Accusativo</b>	Nostratem,	& Nostras.
<b>Vocativo</b>	ô Nostras	
<b>Ablativo</b>	à Nostrate,	vel Nostrati. Pluraliter.
<b>Nominativo</b>	Nostrates,	& Nostratia.
<b>Genitivo</b>	Nostratum,	& nostratum.
<b>Dativo</b>	Nostratibus	
<b>Accusativo</b>	Nostrates,	& Nostratia.
<b>Vocativo</b>	ô Nostrates,	& Nostratia.
<b>Ablativo</b>	à Nostratibus.	
Hic, & Hæc, & Hoc Vestrar, Vocativo caret.		

**PROVOCABALUM, sive Pronomen Relativum,**  
**Qui, Quæ, Quod,**  
**Sic declinabitur.**

<b>N</b> ominativo	Qui	Welcher,
	Quæ	welche.
	Quod	welches.
Genitivo	Cujus	welches.
Dativo	Cui	welcher.
	Quem	welchem.
		welchen.
		Accus.

<b>Acculativo</b>	<b>Quam</b>	welche.
	<b>Quod</b>	welches.
	<b>Quo, vel Qui</b>	welchem.
<b>Ablative</b>	<b>à Qua, vel Qui</b>	von welcher;
	<b>Quo, vel Qui</b>	welchem.
	<i>Pluraliter.</i>	
<b>Nominativo</b>	<b>Qui</b>	
	<b>Quæ</b>	<b>Welches</b>
	<b>Quæ</b>	
	<b>Quorum</b>	
<b>Genitivo</b>	<b>Qua. um</b>	welcher;
	<b>Querum</b>	
<b>Dative</b>	<b>Quēis, vel Quibus</b>	welchen.
	<b>Quos</b>	
<b>Accusativo</b>	<b>Quas</b>	welche.
	<b>Quæ</b>	
<b>Ablativo</b>	<b>à Quēis vel Quibus</b>	won welchen.
<b>Quis, Provaculum, sive Pronomen Interrogativum, sive Infinitum,</b>		
	<i>Sic declinabitur.</i>	
<b>N</b> <b>Ominative</b>	<b>Quis, vel Qui</b>	<b>Wer</b>
	<b>Quæ</b>	welche
	<b>Quod, vel Quid</b>	was.
<b>Genitive</b>	<b>Cujus</b>	weß
<b>Dative</b>	<b>Cui</b>	welcher
	<b>Quem</b>	welchem.
	<b>C</b>	<b>Accus.</b>

<b>Accusativo</b>	Quam Quod vel Quid Quo à Qua Quo	welche. was. wem. von welcher welchem.
<b>Ablativo</b>		Pluraliter.
<b>Nominativo</b>	Qui Quæ Quæ Quorum Quarum Quorum	Welche.
<b>Genitivo</b>	Quarum Quorum	welcher.
<b>Dativo</b>	Quéis, vel Quibus	welchen.
<b>Accusativo</b>	Quos Quas Quæ	welchen.
<b>Ablativo</b>	à Quéis, vel Quibus	von welchen.

*Ablativus, Qui, est Omnis generis, quo utimur post-  
posita prepositione Cūm. Terent. Heaut: Quicun lo-  
quitur filius? Cicer. Sulpitio libr. 4. Nemo est omnium,  
qui cum potius mihi, quam tecum communicandum  
putem: Virg. lib. 11.*

*Sic tunc exprimans Accam ex aequalibus unam  
Alloquitur, fide ante alias quæ sola Camilla,  
Quicun partiri curas.*

### Composita ex Provocabulo Quis.

*Cūm præcedit.*

**Q**uisnam, quænam, quodnam, vel quidnam!,  
cujusnam, cuinam.  
Quispiam, quæspiam, quodqiam, vel quid-  
pam: cujuspiam, cuiqiam. **Quis-**

**Q**uisquam, quæquam, quodquam, *vel* quidquam :  
cujusquam, cuiquam.

**Q**uisque, quæque, quodque, *vel* quidque : **c**ujus-  
que, cuique.

**Q**uisquis, quæquæ, quidquid : **c**ujuscujus, cuicui,  
quemquem, quamquam, quidquid, à quoquo.

*Pluraliter.*

**Q**uiqui, quorum quorum, quibus quibus, quos quos,  
à quibus quibus.

*Composita ex Quis, cùm sequitur.*

**A**llius, aliqua, aliquod, *vel* aliquid ; alicuius,  
alicui.

**E**cquis, equa *vel* ecquæ, ecquod, *vel* ecquid :  
eccujus, eccui.

**N**e quis, ne qua, ne quod, *vel* ne quid : necujus, necui.  
**S**i quis, si qua, si quod, *vel* si quid, sicujus, sicui.

*Composita ex Prævocabulo Qui.*

**U**nicunque, quæcunque, quodcunque : **c**ujus-  
cunque, cuicunque.

**Q**uidam, quædam, quoddam, *vel* quiddam :  
cujusdam, cuidam

**Q**ilibet, quælibet, quodlibet, *vel* quidlibet : cu-  
juslibet, cuilibet.

**Q**uivis, quævis, quodvis, *vel* quidvis : **c**ujusvis,  
cuivis.

*Quadam ex supradictis rursum componuntur.*

**U**nusquisque, unaquæque, unumquodque : *vel*  
unumquidque, unicujusque, unicuique.

**E**cquisnam, ecquænam, ecquodnam, *vel* ecquid-  
nam, eccujusnam, eccuinam.

## DE VERBORUM CONJUGATIONE.

**SUM**, verbum Substantivum, modi Indicati-  
vi temporis præsentis, numeri Singularis,  
personæ primæ.  
Sic declinabitur.

*Indicativi modi tempus præsens.*

<b>Sum</b>	Ich bin
<b>Es</b>	du bist
<b>Est</b>	der ist

*Pluraliter.*

<b>Sumus</b>	wir seynd.
<b>Eritis</b>	ihr seynd.
<b>Sunt</b>	die seynd.

*Præteritum Imperfictum.*

<b>Eram</b>	Ich war.
<b>Eras</b>	du warst.
<b>Erat</b>	der war.

*Pluraliter.*

<b>Eramus</b>	wir waren.
<b>Ebatis</b>	ihr waret.
<b>Erant</b>	die waren.

*Præteritum Perfectum.*

<b>Fui</b>	ich bin.
<b>Fuisti</b>	du bist gewesen.
<b>Fuit</b>	der ist.

*Pluraliter.*

<b>Fuimus</b>	wir seynd.
<b>Fuistis</b>	ihr seynd gewesen.
<b>Fuerunt, vel fuere</b>	die seynd.

## Prateritum Pinquampf perfectum.

Fueram	ich war.
Fueras	du warst gewesen.
Fuerat	der war.

## Pluraliter.

Fueramus	wir waren.
Fueratis	ihr wart gewesen.
Fuerant	die waren.

## Futurum.

Ero	ich wird / oder will seyn.
Eris	du wirst / oder wilt seyn.
Erit	der wird / oder will seyn.

## Pluraliter.

Erimus	wir werden / oder wollen seyn.
Eritis	ihr werdet / oder wöllet seyn.
Eront	die werden / oder wollen seyn.

*Si quis de Varronis sententia volet futurum Perfectum sive exactum adjungere, sic convertat, licebit.*  
**Fuero**      ich wird seyn gewesen.

## Imperativi modi tempus praesens.

Es, vel Esto	bif / oder sey du.
Sit	sey der.

## Pluraliter.

Simus	last vns seyn.
Este, vel Estote	seyd ihr.
Sint	seyen die / oder lass die seyn.

## Futurum, sive modus mandativus.

Esto tu, vel eris	du solt seyn.
Esto ille, vel erit	der solt seyn.

## Pluraliter.

Estote, vel Eritis	ihr solt seyn.
--------------------	----------------

Sunto, vel erunt die sollen seyn.  
Optativi modi tempus præsens & in perfectum.

Utinam Essem ich wäre.

Esseß Wolt Gott daß du wärest,

Esset der wäre.

Pluraliter.

Utinam Essemus wir wären.

Essetis wolt Gott daß ihr waret.

Esset der waren.

Præteritum perfectum.

Utinam Fuerim ich wäre.

Fueris wolt Gott daß du wärest gewesen.

Fuerit der wäre.

Pluraliter.

Utinam Fuerimus wir wären.

Fueritis wolt Gott daß ihr waret gewesen,

Fuerint die waren.

Præteritum Plusquamperfectum.

Utinam Fuisslem ich wäre.

Fuissles wolt Gott daß du wärest gewesen.

Fuisset der wäre.

Pluraliter.

Utinam Fuisslemus wir wären.

Fuissetis wolt Gott daß ihr waret gewesen.

Fuissent die waren.

Futurum.

Utinam Sim ich wurde oder sollte seyn.

Sis wolt Gott daß du wurdest / oder soitest seyn.

Sit der wurde oder sollte seyn.

Pluraliter.

Utinam Simus wir wurden / oder sollten seyn.

Sitis

Sitis wolt Gott daß ihr wurdet oder soltet seyn.  
Sint die wurden / oder solten seyn.

## De modo Conjunctivo.

**C**onjunctivus modus apud Latinos dunt axat quinque temporibus totidemq; vocibus distinctis constat.  
Grati Prasenti & Imperfecto vocem unam tantum,  
Perfecto itidem unam, & plusquamperfecta tribuunt.  
*Conjunctivi Medi tempus Prasens.*

<b>C</b> um Sim	ich bin.
<b>C</b> um Sis	weil du bist.
<b>C</b> um Sit	der ist.

## Pluraliter.

<b>C</b> um Simus	wir seynd.
<b>C</b> um Sitis	weil ihr seynd.
<b>C</b> um Sint	die seynd.

## Prateritum Imperfectum.

<b>C</b> um Essem	ich war.
<b>C</b> um Esseis	weil du warest.
<b>C</b> um Essent	der war.

## Pluraliter.

<b>C</b> um Essemus	wir waren.
<b>C</b> um Essetis	weil ihr wart.
<b>C</b> um Essent	die waren.

## Prateritum Perfectum.

<b>C</b> um Fuerim	ich bin.
<b>C</b> um Fueritis	weil du bist gewesen.
<b>C</b> um Fuerint	der ist.

## Pluraliter.

<b>C</b> um Fuerimus	wir seynd.
<b>C</b> um Fueritis	weil ihr seyd gewesen.
<b>C</b> um Fuerint	die seynd.

## Prateritum Plusquamperfectum.

Cum Fuisse	ich war.
Fuisse	weil du warst gewesen
Fuissent	der war.

## Futurum.

Cum Fuero	ich werd.
Fueris	weil du wirst seyn.
Fuerit	der wird.

## Pluraliter.

Cum Fuerimus	wir werden.
Fueritis	weil ihr werdet seyn.
Fuerint	die werden.

De modo Potentiali, & Permissivo,  
sive Concessivo.

**M**odus Coniunctivus, Potentialis, Permissivus sive Concessivus quinque habent tempora, aīg, easdem fere voces, significaciones tamen longe diversas: unde apertissime intelligimus, Modorum diversitatem pricipue ex significacionis dissimilitudine proficiunt: quod ideo in nominum casibus fieri licet. Nam quamvis Nominativus itidem, & Ablativus voce similes sint, diversi tamen sunt casus: alia enim nominandi, alia vocandi, alia dandi, alia auferendi significatio. Quare uti casus, quamvis voce simillimi, à Grammatico tamen propter significacionis dissimilitudinem distincti sunt; ita hī tresmodi mihi necessariò videntur separandi. Quid attinet, dixerit quiupiam, tam diu pueros in verborum declinatione detinere, aīg, remorari? Non est contemnenda mōra, que fru-  
sus afferat uberrimos. Quoties in explicandis aucto-  
ribus

ribus hæreditatibus Ludim agister, nisi hos modos discernat; eorumq[ue] vim, ac naturam penitus internoscatur? Cuiusnam modo hac atq[ue] alia quam plurima loca adscribet?

Terent. Andr. Bonus hic vir est, S. hic sit bonus? Plant. Amph. Vir ego tunc sum? Crassus in Philippum apud Ciceronem 3. de Orat. Ego te consulem putem, cum ne esse putem Senatorem? Quin. lib. 1. cap. 9. Frangas citius quam corrigas, quae in pravum indu- ruerunt. C. pro Ra. perd. reo. Tu demig Labiene, quid faceres tali in re, ac tempore? Ter. Andr. Dice- ret, Quid feci? Salustius in Catil. Sed confecto prilio, tum vero cerneret quanta audacia, quantaq[ue] vis ani- mi fuisset in exercitu Catilinae, Virgil. Aeneid 9.

Unus, & è vestris, o cives, undique septus,  
Aggeribus, tantas strages impunè per urbem  
Edideris? juvenum primos tot miserit Orco?

Cicero Cornific. libr. 12. Famil. Plura scripsisse; nisi tui festinarent. Virg. Aeneid. 7.

-- faces in castra tulisse;

Implessemq[ue] foros flammis, geniumq[ue], patremq[ue],  
Cum genero extinxem, memet super ipsa dedisse.

Cicer. in Orat. Pomeridianas quadrigas quam post- meridianas libertius dixerim, Plin. lib. 9. cap. 48. Nec facile aixerim, quâ id etate experit.

Hac sanè Potentiali adscribenda facile judiabit, quæ ejus naturam penitus perspectam cognitamq[ue] habuerit; qua vero subjiciam, quo pæcto Permissivo sive Concessivo esse attribuenda intelliget, qui ejus nomen ac vim prorsus ignoraverit?

Cicer. 2. Acad. Hac si vobis non probamus, sint falsa sane, invidiosa sane non sunt. Terent. Adelph. Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.

Cicer. 3. Verr. Malus civis, improbus consul, seditious homo Cn. Carbo fuit: fuerit aliis, tibi quando esse capit? Virg. Aeneid. 4.

Verum anceps pugna fuerat fortuna: fuisset.

Cic. 2. Acad. Age, restitero Peripateticis, &c.

Sustineo Epicureos, &c., Diodore quid faciam Stoico, quem a puero audivi.

Quae cum ita sint, Praeceptores vehementer rogamus, ut saltem primas personas (licet prima Permissivi modi parum sint usitate) suos auditores memoria mandare patientur.

Modi Potentialis tempus praetens.

**S**IM, Solte ich sehn? oder daß ich sey?

Prateritum Imperfectum.

**E**SEM, Ich war/ oder möchte seyn.

Prateritum Perfectum.

FUERIM, Dass ich gewesen sey / oder dass ich hab mögen seyn/ solt ich gewesen seyn.

Prateritum Plusquamperfectum,

FUISEM, Ich war gewesen / oder hätten mögen seyn.

Futurum.

FUERO, Ich wurde/ oder könnte seyn.

Hæc voces presentis temporis. Solte ich sehn? Dass ich sey cum interrogations sunt pronuntianda.

Latina exemplapete ex superiori scholio, & ex Commentariis,

Modi

**Modi Permissivi, sive Coucessivi tempus Praelens.**

**S**IM, Ich sehe ich sey / gesetzt daß ich sey / dem sey also / daß ich sey.

Prateritum Imperfectum.

ESSEM, Ich sehe / ich war / gesetzt daß ich war / dem sey also / daß ich war.

Prateritum Perfectum.

FUERIM, Ich sehe / ich sey gewesen / gesetzt / daß ich sey gewesen / dem sey also / daß ich sey gewesen.

Prateritum Plusquamperfectum.

FUISSEM, Ich sehe / ich war gewesen / gesetzt / daß ich war gewesen / dem sey also / daß ich war gewesen.

Futurum.

FUERO, Ich sehe / ich werde seyn / gesetzt daß ich werde seyn / dem sey also / daß ich werde seyn.

Infinitivus modi tempus praesens.

**Esse,** Seyn.

Prateritum Imperfectum.

**Esse,** Seyn.

Prateritum Perfectum.

**Fuisse,** Gewesen seyn.

Prateritum Plusquamperfectum.

**Fuisse,** Gewesen seyn.

Futurum.

**Fore, vel Futurum, a m, um esse, werden oder (wurden seyn.**

Plura-

Pluraliter.

**Fore, vel Futuros, as, a, esse,**

Futurum Preterito missum.

**Futurum, am, um, fuisse.** Sollen gewest seyn.  
Oder wurden gewesen seyn.

Pluraliter.

**Futuros, as, a, fuisse.**

Participium futuri temporis.

**Futurus, ra, rum,** Werden seyn/das ist, künftig.

---

## PRIMA CONIVGATIO.

**Amo, verbum Activum, Modi Indicativi,  
temporis Præsentis, numeri Singulareis,  
Personæ primæ,  
Sic conjugabitur.**

Indicativi modi tempus præsens.

**Amo,** Ich lieb.

**Amas,** du liebst.

**Amat,** der liebt.

Pluraliter.

**Amamus,** Wir lieben.

**Amatis,** ihr liebet.

**Amant,** die lieben.

Præteritum Imperfectum.

**Amabam,** Ich liebete/oder liebte.

**Amabas,** du liebtest.

**Amabat,** der liebte.

Pluraliter.

**Amabamus,** Wir liebten.

**Amabatis,** ihr liebte.

Ama-

Amabant,

Die liebten.

Amas, s, mutata in bam, fit amabam, sic Docebam.

Præteritum perfectum.

Amavi,

Ich hab geliebt.

Amavisti, vel Amâsti,

du hast geliebt.

Amavit,

Der hat geliebt.

Pluraliter.

Amavimus

Wir haben geliebt.

Amavistis,

ihr habt geliebt.

Amaverunt, vel Amavere, die haben geliebt.

Præteritum plusquamperfectum.

Amaveram,

Ich hatte

Amaveras,

du hattest geliebt.

Amaverat,

der hatte

Pluraliter.

Amaveramus,

Wir hatten

Amaveratis,

ihr hattet geliebt.

Amaverant,

die hatten

Amavi, i, in e, & additâ ram, fit Amaveram: Sie in  
sæteris Conjugationibus.

Futurum.

Amabo,

Ich werd

Amabis,

du wirst lieben,

Amabit,

der wird

Pluraliter.

Amabimus,

Wir werden

Amabitis,

ihr werdet lieben,

Amabunt,

die werden

Desent. Varro. Amavero, ich werd geliebt/haben.

Amas,

*Amas; s, in bo, amabo : Sic docebo.*

*Imperativi modi tempus præsens.*

*Ama, vel amato,*

Lieb du.

*Amet,*

Lieb der.

Pluraliter.

*Amemus,*

Lasset uns lieben.

*Amate, vel Amatote,*

liebet ihr.

*Ament,*

lieben die.

*Amas, s, ablata, fit Ama : Eodem modo Doce, Audi.*

*Futurum, vel potius Modus Mandativus, sive Legitimus, hoc est, quo præcipue mandata præcepta, legesque dantur.*

*Amato tu, vel Amabis*

du sollt lieben.

*Amato ille, vel Amabit,*

der sollt lieben.

Pluraliter.

*Amatote, vel Amabitis,*

Ihr sollt lieben.

*Amaneo, vel Amabunt,*

die sollen lieben.

*Amat, addito o, fit Amato : Sic in ceteris Conjugationibus.*

*Optativi modi tempus Præsens, & imperfectum.*

*Utinam Amarem,*

ich liebte

*Amares,*

wolt Gott daß du liebst.

*Amaret,*

der liebte.

Pluraliter.

*Utinam Amaremus*

wir liebten.

*Amaretis,*

wolt Gott daß ihr liebte.

*Amarent,*

die liebten.

*Ama, additâ rem : ab eadem persona Imperativi sunt Docerem, Legerem, andirem.*

## Preteritum perfectum.

*Utinam Amaverim,* ich hätte  
*Amaveris,* wolt Gott daß du hättest geliebt  
*Amaverit,* der hätte.

## Pluraliter

*Utinam Amaverimus,* wir hätten  
*Amaveritis,* wolt Gott daß ihr hättest geliebt.  
*Amaverint,* die hätten

*Amavi, i, in e, & addit a rim : Sic in ceteris.*

## Prateritum plus quam perfectum.

*Utinam Amavisssem,* ich geliebt hätt.  
*Amavisses,* wolt Gott daß du geliebt hättest.  
*Amavisset,* der geliebt hätt.

## Pluraliter.

*Utinam Amavisssemus,* wir geliebt hätten.  
*Amavissetis,* wolt Gott daß ihr geliebt hättest.  
*Amavissent,* die geliebt hätten.

*Amavi additâ s, & sem: Sic in ceteris.*

## Futurum.

*Utinam Amem,* ich wird  
*Ames,* wolle Gott daß du würdest lieben:  
*Amet,* der würde.

## Pluraliter.

*Utinam Amemus,* wie wurden  
*Ametis,* wolt Gott daß ihr würdet lieben:  
*Ament,* die wurden

*Coniunctivi modi tempus presens.*

*Cum Amen,* ich lieb.  
*Ames,* weil du liebst.  
*Amet,* der liebt.

## Pluraliter.

Cum Amemus,	wir lieben.
Ametis,	weil ihr liebet.
Ament,	Die lieben.

## Præteritum Imperfictum.

Cum Amarem,	ich liebte.
Amares,	weil du liebtest.
Amaret,	der liebte.

## Pluraliter.

Cum Amaremus,	wir liebten.
Amaretis,	weil ihr liebte.
Amarent,	die liebten.

## Præteritum perfectum.

Cum Amaverim,	ich hab.
Amaveris,	weil du hast geliebt.
Amaverit,	der hat.

## Pluraliter.

Cum Amaverimus,	wir haben.
Amavetitis,	weil ihr habt geliebt.
Amaverint,	die haben.

## Præteritum Plusquamperfectum.

Cum Amavissim,	ich hatte.
Amavisses,	weil du hattest geliebt.
Amavisset,	der hatte.

## Pluraliter.

Cum Amavissimus,	wir hätten.
Amavissetis,	weil ihr hätten geliebt.
Amavissent,	die hatten.

## Futurum.

Cum Amavero	ich wird.
Amavens,	weil du wirst lieben.
Amaverit,	der wird.

Pl.

## Pluraliter.

Cum Amaverimus,                            wir werden.  
 Amaveritis,                                weil ihr werdet lieben.  
 Amaverint,                                die werden.  
*Amavi, i, ine, & additâro: Eodem modo in ceteris.*  
 De Sententia Varronis. Amavero, Ich werd gesieht haben.

Potentialis modi tempus presens.

Amem, Solte ich lieben? oder daß ich liebe?  
 Præteritum Imperfectum.

Amarem, Ich liebte / oder ich möchte lieben.  
 Præteritum perfectum.

Amaverim,                                Daß ich geliebt hab? oder  
Utinam Comeſsem, comeſſes, comeſſet.

Plu. Utinam Comeſſemus, comeſſetis, comeſſent.

*Conjunctivi imperfectum.*

Cum Comeſsem, comeſſes, comeſſet.

Plural. Cum Comeſſemus comeſſetis, comeſſent.

*Infiniti præsens, & imperfectum.*

Comeſſe,

Exest,

**E**XEST, Erisset auf/ In tertia persona Inditati-  
vit tantum reperitur.

## Indicativi prasens.

**E**O, Ich gehe / is , it.

Plural. Imus , itis , eunt.

Prater. imperfect. Ibam , ibas , ibat.

Plural. Ibamus , ibatis , ibant.

Prater. perfect. Ivi , ivisti , &c.

Prater. plusquam. Iveram , ras , &c.

Futurum. Ibo , ibis , ibit.

Plural. Ibimus , ibitis , ibunt.

## Imperativi modi tempus prasens.

I, vel ito, eat. Plural. Eamus, ite, vel itote, eant.

Futurum. Ito tu, vel ibis, ito ille, vel ibit.

Plural. Itote, vel ibitis, eunto, vel ibunt.

Optativi modi tempus prasens , & imperfectum,  
Ultinana Irem ,ires, &c.

Prater. perfect. Utinam Iverim , iveris , &c.

Prater. plusquam. Utinam Ivissem , es, &c.

Futurum. Utinam Eamus , eatis , eant.

## Coniunctivi prasens.

Cum Eam , eas, eat.

Plural. Cunus Eamus , eatis, eant.

Prater. imperfect. Cunus Irem ,ires, &c.

Prater. perfect. Cum Iverim , eris , &c.

Prater. plusquam. Cum Ivissem , es, &c.

Futurum. Cum Ivero , iveris , iverit, &c.

Infiniti presens , & Imperfectum. Ire.

Prater, perfect. & plusquam. Iuisse.

*Gerundia.* Eundi, eundo, eundum.

*Supina.* Itum, itu.

*Participium presens, & imperfect.* Iens, eventis.

*Futuri.* Iturus, a, um.

## MEMINI, NOVI, ODI, COEPI,

*Indicativi modi tempus presens, & perfectum.*

**M**EMINI, Ich gedenck/ oder bin ingedenc  
gewesen/ meminist, &c.

*Prateritum Imperfectum, & plusquamperfectum.*

Memineram, Ich war ingedenc/ oder, war in-  
gedenc gewesen / memineras, &c.

*Imperativi presens, Feturum.*

Memento tu, vel memineris Gedencke / oder/ du  
solt gedencken/ meminerit.

*Plural.* Meminerimus, mementote, vel memin-  
ritis, meminerint.

*Optativi presens & perfectum.*

*Utinam* Meminerim. Wilt vort daß ich war  
ingedenc oder war ingedenc gewesen/ me-  
mineris. &c.

*Prateritum Interfetum: & plusquamperfectum.*

*Utinam* Meminissem, Wolt Gott daß ich war  
ingedenc gewesen/ meminisses, &c

*Conjunctivi presens, & perfectum.*

*Cum* Meminerim, Weil ich bin ingedenc/ oder  
bin ingedenc gewesen/ memineris, &c

*Prateritum Imperfectum, & Plusquamperfectum.*

*Cum* Meminissem, Weil ich war ingedenc/ oder  
war ingedenc gewesen/ meminisses, &c.

*Futur.*

**Futurum.** Cūm Meminero, Weil ich werd ingedenck / ienn memineris, &c.

Infinitiv præsens, & imperfectum.

**Meminisse.** Gedencken.

Præteritum perfectum, & plusquamperfectum.

**Meminisse,** Ingedenck ienn gewesen.

Indicativi præsens, & perfectum.

**N**OVI, Ich weiß / oder hab gewist / novisti, novit.

Plural. Novimus, novistis, noverunt, vel novere.

Præteritum imperfectum & plusquamperfectum.

Noveram, noveras, &c.

Imperativi. Noveris, noverit.

Plural. Noverimus, noveritis, noverint.

Optativi præsens, & perfectum.

Utinam Noverim, noveris, &c.

Præteritum Imperfectum, & plusquamperfectum.

Utinam Novissem.

Conjunctivi præsens, & perfectum.

Cūm Noverim, noveris, &c.

Præteritum imperfectum & plusquamperfectum.

Cūm Novissem, novisses, &c.

Infinit. præsens, imperfectum, perfectum, & Plusquamperfectum.

Novisse.

Indicativi præsens & perfectum.

**O**DI, Ich hasse / oder hab gehasset / odisti, odit

Plural. Odimus, odistis, oderunt, vel odere.

Pri-

*Priſci etiam Osus ſum, pro Odi uſi ſunt: ut ſuo loco  
diximus.*

*Præteritum Imperfectum. & plusquamperfectum.  
Oderam, oderas, &c.*

*Imperativi. Oderis, oderit.*

*Plural. Oderimus, oderitis, oderint.*

*Optativi præſens. & Perfectum.*

*Utinam Oderim, oderis, &c.*

*Præteritum Imperfectum, & plusquamperfectum.  
Utinam Odifsem, odifles, &c.*

*Conjunctivi præſens, & perfectum.*

*Cum Oderim, oderis, &c.*

*Præteritum perfectum, & plusquamperfectum.  
Cum Odifsem, odifles, &c.*

*Infiniti præſens, Imperfectum, Perfectum. & plus-  
quamperfectum.*

*Odiffe.*

*Indicativi Præteritum perfectum tantum.*

**C**OEPI, cœptus ſum, Ich hab angefangen/  
cœpisti, cœpit.

*Plural. Cœperimus, cœpistis, cœperunt, vel cœ-  
pere.*

*Præter. Plusquam. Cœperam, cœptus eram, cœpe-  
ras, &c.*

*Imperativi Præſens. Cœperis, cœperit.*

*Plural. Cœperimus, cœperitis, cœperint.*

*Optativi Præteritum Perfectum.*

*Utinam Cœperim, cœptus ſim cœperis, &c.*

*Præter. Plusquam. Utinam Cœpilsem, cœptus eſ-  
tem, vel fuilsem, cœpilles, &c.*

*Coniunctivi prateritum perfectum.*

Cum Cœperim, cœptus sim, cœperis, &c.

Prater. Plusquamperfect. Cum Cœpisse, cœptus est  
sem, vel fuisse, cœpisse, &c.

Futurum. Cum Cœpero, cœptus ero, cœperis, &c.

Infiniti perfectum, & plusquamperfectum.

Cœpisse, cœptum, am, um esse, vel fuisse.

Futurum. Cœptum, am, um esse.

*Futurum præterito mistum.*

Cœptum, am, um fuisse.

*Supinum. Cœptum.*

*Participium præteriti.*

Cœptus, a, um.

---

## DE VERBIS ANOMALIS. POSSVM.

*Indicativi Modi tempus praesens.*

**P**OSSUM, Ich mag / oder kan / potes, potest.

Plural. Possimus, potestis, possunt.

Prater. imperfect. Poteram, poteras, poterat.

Plural. Poteramus, poteratis, poterant.

Preter. perfect. Potui, potuisti, potuit.

Plural. Potuimus, potuistis, potuerunt, vel po-  
tuere.

Prater. plusquam. Potueram, potueras, potuerat.

Plural. Potueramus, potueratis, potuerant.

Futurum. Potero, poteris, poterit.

Plural. Poterimus, poteritis, poterunt.

*Imperativi praesens.*

Fac possis.

*Optativi modi tempus praesens & Imperfectum.*

Utinam possem, posses, posset.

**Plural.** Utinam Possimus, possetis, possent.

**Perfect.** Utinam Potuerim, potueris, potuerit.

**Plural.** Utinam Potuerimus, potueritis, potuerint.

**Plusquam.** Utinam Potuisset, potuisse, potuisset.

**Plural.** Utinam Potuissetus, potuissetis, potuissent.

**Futurum** Utinam Possim, possis, possit.

**Plural.** Utinam Possimus, possitis, possint.

*Conjunctivi modi tempus praesens.*

**Cum** Possim, possis, possit.

**Plural.** Cum Possimus, possitis, possint.

**imperfect.** Cum Possem, posses, posset.

**Plural.** Cum Possemus, possetis, possent.

**Perfect.** Cum Potuerim, potueris, potuerit.

**Plural.** Cum Potuerimus, potueritis, potuerint.

**Plusquam.** Cum Potuisset, potuisses, potuisset.

**Plural.** Cum Potuissetus, potuissetis, potuissent.

**Futurum** Cum Potuero, potueris, potuerit.

**Plural.** Cum Potuerimus, potueritis, potuerint.

**Infiniti praesens, & imperfectum.** Posse.

**Perfect.** & plusquam. Potuisse. cateris cares.

## F E R O.

*Indicativi modi tempus praesens activum.*

**F**ERO, Ich trag/ fers, fert.

**Plural.** Ferimus fertis, ferunt.

**Passivum** Feror. Ich werd getragen/ferris ;  
vel ferre, fertur.

**Plural.** Ferimur, ferimini, feruntur.

**Imperfect.** Ferebam, ferebas, &c. ut Legebam, Fere-  
bar, Ferebaris, &c.

**Perfett.** Tuli, tulisti, &c. Latus, a, um sum, vel sui,  
es, vel fuisti, &c.

**Plusquam.** Tuleram, tuleras, &c. Latus, a, um, eram,  
vel fueram, eras, vel fueras &c.

**Futurum.** Feram, feres, &c. ut legam, leges. Ferat,  
Fereris, vel Ferere.

*Imperativi modi tempus praesens.*

Fer, vel fert, ferat.

Plural. Feramus, ferte, vel fertote, ferant.

**Passivum.** Ferre, vel Fertor, Feratur.

Plural. Feramur, Ferimini, vel Feriminor, Fel-  
rantur.

*Futurum, sive modus Mandativus.*

Ferto tu, vel Feres, Ferto ille, vel Feret.

Plural. Fertote, vel Fereris, ferunto, vel ferent.

**Passivum.** Fertor tu, Fereris, vel Ferere, Fertor ille,  
vel Feretur.

Plural. Feriminor, vel Ferimini, Feruntor, vel  
Ferentur.

*Optativi modi tempus praesens, & Imperfetum.*

**Utinam** Ferrem, Ferres, Ferret.

Plural. Utinam Ferremus, Ferretis, Ferrent.

**Passivum.** Utinam Ferrer, Ferreris, vel Ferrere, Fer-  
retur.

Plural. Utinam Ferremur, Ferremini, Ferrentur.

**Perfett.** Utinam Tulerim, tuleris, &c. Latus, a, um  
sim, vel Fuerim, sis, vel Fueris, &c.

**Plusquam.** Utinam Tulissem, tulisses, &c. Latus, a,  
um essem, vel suissem, essem, vel suisses, &c.

**Futurum.** Utinam Feram, Feras, Ferat, &c.  
Feras, Feraris, vel Ferate, Feretur, &c.

*Conjunctivi Modi tempus præsens.*

Cum Feram, Feras, Ferat, &c. Ferar, Feraris, vel Ferare Feratur, &c.

*Imperfect.* Cum Ferrem, Ferres, Farret.

*Plural.* Cum Ferremus, Ferretis, Ferrent.

*Passivum* Cum Ferrer, Ferreris, vel Ferrere, Ferretur.

*Plural.* Cum Ferremur, Ferremini, Ferrentur.

*Perfect.* Cum Tulerim, tuleris, &c. Latus, a, um sim, vel fuerim, sis, vel fueris, &c.

*Plusquam.* Cum Tulisse, tulisses, &c. Latus, a, um essem, vel fuisse, esses, vel fuisse, &c.

*Futurum.* Cum Tulero, tuleris, &c. Latus, a, um era vel fuero, eris, vel fueris, &c.

*Infiniti modi tempus præsens, & imperfectum.*

*Ferre, Ferri.*

Perfectum, & plusquamperfectum.

Tulisse, Latum, am, um esse, vel fuisse.

Futurum. Laturum, am, um esse, Latum iri, vel ire, rendum, am, um.

*Gerundia.* Ferendi, Ferendo, Ferendum.

*Supina.* Latum, latu.

*Participia præsentis.* Ferens, tis.

*Futuri.* Latus, a, um.

*Participia prateriti.* Latus, a, um.

*Futuri.* Ferendus, a, um.

## V O L O.

*Indicativi præsens.*

**V**OLO, Ich will/ vis, vult.

*Plural.* Volumus, vultis, volunt.

*Imperfectum* Volebam, volebas, volebat.

**Plural.** Volebamus, volebatis, volebant.

**Perfect.** Volui, voluisti, voluit.

**Prater. plusquam.** Volueram, volueras, &c.

**Futurum.** Volam, voles, volet.

**Plural.** Volemus, voletis, volent.

*Imperativi modi tempus praesens.*

**Fac velis.**

*Optativi modi tempus praesens, & imperfectum.*

**Utinam** Vellem, velles, vellet.

**Plural.** Utinam Vellemus, velletis, vellent.

**Prater. perfect.** Utinam Voluerim, volueris, &c.

**Prater. plusquam.** Utinam Voluissem, voluisses, &c.

**Futurum.** Utinam Velim, velis, velit.

**Plural.** Utinam Velimus, velitis, velint.

*Conjunctivi praesens.*

**Cum** Velim, velis, velit.

**Plural.** Cum Velimus, velitis, velint.

**Imperfect.** Cum Vellem, velles, vellet.

**Plural.** Cum Vellemus, velletis, vellent.

**Perfect.** Cum Voluerim, volueris, voluerit, &c.

**Plusquam.** Cum Voluissem, voluisses, voluisset, &c.

**Futurum.** Cum Voluero, volueris, voluerit, &c.

**Infiniti praesens, & imperfectum.** Velle.

**Prater. perfect. & plusquam.** Voluisse.

**Participium temporis presentis.** Volens, entis.

## N O L O.

*Indicativi praesens.*

**N**OLO, Ich will nicht/ non vis, non vult.

**Plural.** Nolumus, non vultis, nolunt.

**Imperfect.** Nolebam, nolebas, nolebat, &c.

**Perfectum.** Nolui, noluisti, noluit.

**Plural.** Noluerimus, noluistis, noluerunt, ut  
noluere.

**Plusquam.** Nolueram, nolueras, noluerat, &c.

**Futurum.** Nolam, noles, nolet,

**Plural.** Nolemus, noletis, nolent.

*Imperativi modi tempus praesens.*

**Noli,** vel nolito, solit.

**Plural.** Nolimus, nolite, vel nolitote, nolint.

**Futurum.** Nolito tu nolito ille.

**Plural.** Nolitote, nolunto.

*Optativi modi tempus Praesens, & imperfectum.*

**Utinam** Nolle, nolles, nollet,

**Plural.** Utinam Nollemus, noletis, nollent.

**Perfect.** Utinam Noluerim, &c.

**Plusquam.** Utinam Noluisse, &c.

**Futurum.** Utinam Nolim, nolis, nolit.

**Plural.** Utinam Nolimus, nolitis, nolint.

*Coniunctivi praesens.*

**Cum** Nolim, nolis, nolit.

**Plural.** Cum Nolimus, nolitis, nolint.

**Imperfect** Cum Nolle, nolles, nollet.

**Plural.** Cum Nollemus, nolletis, nollent.

**Perfect.** Cum Noluerim, &c.

**Plusquam.** Cum Noluisse, &c.

**Futurum.** Cum Noluerem, nolueris, noluerit, &c.

*Infiniti modi tempus praesens, & imperfectum,*

**Nolle.**

**Perfect.** & plusquam.

**Participium presentis,**

**Noluisse.**

**Nolens.**

M.A.

## M A L O.

*Indicativi modi tempus præsens.***M**ALO. Ich will lieber / mavis, mavult.

Plural. Malumus, mavultis, malunt.

Imperfect. Malebam, &amp;c.

Perfect. Malui, &amp;c.

Plusquam. Malueram, &amp;c.

Imperativi præsens. Fac malis.

*Optativi præsens, & Imperfectum.**Utinam* Mallem, malles, malet.

Plural. Utinam Mallemus, malletis, mallent.

Perfect. Utinam Maluerim, &amp;c.

Plusquam. Utinam Maluissim, &amp;c.

Futurum Utinam Malim, malis, malit.

Plural. Utinam Malimus malitis, malint.

*Conjunctivi præsens.**Cum* Malim, malis, malit.

Plural. Cum Malimus, malitis, malint.

Imperfect. Cum Mallem, malles, mallet.

Plural. Cum Mallemus, malletis, mallent.

Perfectum. Cum Maluerim, &amp;c.

Plusquam. Cum Maluissim, &amp;c.

Futurum Cum Maluero, malueris, maluerit, &amp;c.

Infiniti præsens, &amp; Imperfectum. Malle.

Perfectum, &amp; plusquam. Maluisse. Ceteris caret.

## EDO, ES, EST.

*Has personas tantum ponemus, quae Anomalis respondent.*

*Indicativi modi tempus praesens.*

**E**DO, *Schisti edis, vel es, edit, vel est.*  
*Imperativi praesens. Ede. vel es.*

*Futurum, sive Modus Mandativus.*

*Edito tu, vel esto, edito ille, vel esto.*

*Optativi praesens.*

*Utinam Ederem, vel essem, essem, esset.*

*Plural. Utinam Essemus, essetis, essent.*

*Conjunctivi imperfectum.*

*Cum Ederem, vel essem essem, esset.*

*Plural. Cum Essemus, essetis, essent.*

*Infinitivi praesens & imperfectum.*

*Edere, vel esse.*

*Indicativi modi tempus praesens.*

*Editur, vel Eatur.*

*Indicativi Praesens.*

**C**OMEDO, comedis, *vel comes, comedit, vel*  
*comest.*

*Imperativi. Futurum sive modus mandativus.*

*Comedito tu, vel comedeo, comedito ille, vel co-*  
*mesto.*

*Optativi modi tempus praesens, & Imperfectum.*

*Utinam Comederem, vel comessem, comedesses, co-*  
*messet.*

*Plural. Utinam Comessemus, comedetis, co-*  
*messent.*

*Conjunctivi imperfectum.*

*Cum* Comederem, vel Comessem, comesses, comedet.

*Plural.* *Cum* Comessemus, comessetis, comessent.  
*Infiniti praesens, & imperfectum.*

Comedere, vel comedere.

Hac verba in reliquis non discedunt à norma ter-  
tie Conjugationis, cum omnes modos, tempora, & par-  
ticipia habeant.

---

**F I O.***Indicativi praesens.*

**F**IO, Ich werd/ sis, fit. *Plural.* sumus, sitis sunt.  
**I**mperfect. Siebam, siebas, siebat.

*Plural.* Siebamus, siebatis, siebant.

*Perfectum.* Factus, a, um sum, vel fui &c.

*Plusquam.* Factus, a, um eram, vel fueram, &c.

*Futurum* Fiam, fies, fiet.

*Plural.* Eiemus, fietis, fient.

*Imperativi medi praesens.*

Fac, fias, fiat. *Plural.* Fiamus, fatis, fiant.

*Optativi praesens, & imperfectum.*

*Utinam* Fierem, fieres, fieret.

*Plural.* Utinam Fieremus, fieretis, fierent.

*perfectum.* Utinam Factus, a, um sim, vel fuerim &c.

*Plusquam.* Utinam Factus, a, um essem, vel fuil-  
lem, &c.

*Futurum.* Utinam Fiam, fias, fiat.

*Plural.* Utinam Fiamus, fatis, fiant.

*Conjunctivi Modi praesens.*

*Cum* Fiam, fias, fiat.

**Plural.** Cùm Fiamus, fiantis, fiant.

**Imperfectum** Cùm Fierem, fieres, fieret.

**Plural.** Cùm Fieremus, fieretis, fierent.

**Perfectum.** Cùm Factus, a, um sim, vel fuerim, &c.

**Plusquam.** Cùm Factus, a, um essem, vel fuisset, &c.

**Futurum.** Cùm Factus, a, um ero, vel fuerò, &c.

**Infiniti præsens,** & imperfectum.

**Fieri.**

**Perfectum & plusquamperfect.** Factum, am, um esse,  
vel fuisse.

**Futurum.** Factum iri, vel faciendum esse.

**Participia.**

**Præteritum.** Factus, a, um.

**Futurum.** Faciendus, a, um.

---

D I C , D V C , F A C .

**D**I C, DUC, FAC, E litteram cum compositis  
amiserunt, Prædis. Deduc, Calefac.

E X C E P T I O .

Composita tamen ex verbo Facio, quæ A, in I,  
mutant, E servant, ut Confice, Perfice.

Futurum Priscum in Asso, & Esso.

Apud priscos futurum Conjunctivi primæ Conju-  
gationis in syllabas Asso desinebat, ut amasso,  
interrogasso, judicasso, pro Amavero, &c.

Plantus in Amphityrone: Sime irritassis, hodie lumi-  
bifragium hinc anferes.

Secundæ verò Conjugationis in Esso, ut Prohibesso.

Cic. de legibus: Magistratus nec obedientem, & no-  
xiūm cives multā, vinculis, verberibus coērcento-  
ni par, majorve potestas, populusq; prohibessit, ad quos  
provocatio est.

D E

## DE VERBIS DEFECTIVIS.

IN Q U A M.

*Indicativi præsens.***I**NQUAM. *S*ic sage*s* inquis, inquit.

Plural. Inquimus, inquiunt.

Prater imperfect. Inquiebat,

Perfect. Inquisti.

Futurum. Inquies, Inquiet.

Imperativi præsens. Inque, vel inquito.

## A J O.

*Indicativi præsens.***A**JO, *S*ic sage*s* ais, ait. Plural. Ajunt.

Imperfectum. Ajebam, ajebas, ajebat.

Plural. Ajebatis, ajebant.

Imperativi præsens. Ai.

Optati*v*i Futurum, & præsens Conjunctivi.

Ajas, Ajat.

Participium. Ajens, ajentis.

Optativi præsens, &amp; Imperfectum, &amp; Conjunctivi.

Imperfectum.

**F**OREM, fores, foret. Plural. Forent, pro essetm,  
efies, &c.

Futurum Infiniti. Fore, pro Futurum esse.

FAXO, Futurum indicativi pro Faciam.

**Q**UESO, quæsumus, primam habet personam utri,  
usque numeri, præsentis Indicativi.**A**VE, avete, avere, SALVE, salvere, secundam  
personam imperativi utriusque numeri, &  
præsens Infinitum habent.

**CEDO, da, vel dic,** secunda est Imperativi.  
**INFIT,** tertia persona Indicativi, pro incipit, vel inquit  
**OVAT,** tertiam personam habet Indicativi, & participium, Ovans, ovantis.  
**DEFIT,** defieri, tertiam habet Indicativi, & praesens Infiniti.

**Q**uae sequuntur, ad Futurum Optativi, vel praesens, vel Futurum Conjunctioni: aut certe ad praesens, vel Futurum Modi potentialis pertinent.

**FAXIM,** faxis, taxit. Plural. Faxitis, faxint.

**AUSIM,** ausis, ausit.

**EDIM,** comedim, pro Edam, Comedam.

**DUIS,** duit, duint, pro des, det, dent aut Dederis, derit, dederint.

**PERDUINT,** pro perdant.

## DE VERBORVM IMPERSONALIUM DECLINATIONE.

**P**OENITET, verbum defectivum impersonale, activæ declinationis. Sic Conjugabitur.

Indicativi modi praesens.

Penitet, Es reuet / Imperfectum. Penitebat.  
 Perfectum. Penituit. Plusquam. Penituerat.  
 Futurum. Penitebit.

Imperativi praesens. Peniteat.

Optativi modi praesens, & Imperfectum.

Ultinam Peniteret, Perfect. Penituerit.

Plusquam. Penituisset. Futurum. Peniteat.

Conjunctioni modi praesens.

Cum Peniteat. Imperfect. Peniteret.

Perfect. Penituerit. Plusquam. Penituisset.

Futurum. Penituerit.

Infin.

*Infiniti modi præsens, & imperfectum.*

Pænitere. Perfect. & Plusquam. Pænituisse.

Gerundia. Pænitendi, pænitendo, pænitendum

*Participium præsentis temporis.*

Pænitens.

---

**P**UGNATUR, verbum defectivum impersonale,  
passivæ declinationis. Sic conjugabitur.

*Indicativi modi tempus præsens.*

Pugnatur, Mann streittet / Imperfect. Pugnabatur,  
Perfectum. Pugnatus est, vel fuit.

Plusquam. Pugnatum erat, vel fuerat.

Futurum. Pugnabitur.

*Imperativi modi præsens.* Pugnetur.

*Optativi modi præsens, & imperfectum,*

Utinam Pugnaretur.

Perfectum. Pugnatum sit, vel fuerit.

Plusquam. Pugnatum esset, vel fuisset.

Futurum. Pugnetur.

*Conjunctivi præsens.*

Cum Pugnetur.

Imperfectum. Pugnaretur.

Perfectum. Pugnatum sit, vel fuerit.

Plusquam. Pugnatum esset, vel fuisset.

Futurum. Pugnatum erit, vel fuerit.

*Infiniti præsens, & imperfectum.*

Pugnari.

Perfectum, & Plusquamperfectum. Pugnatum esse,  
vel fuisse.

Futurum. Pugnatumiri.



# RUDIMENTA. SIVE DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS.

**L**ITTERÆ, quibus utuntur Latini, sunt tres & viginti, A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, U, Ix, Xpsilon, Zeta.

Litteræ dividuntur in Vocales & Consonantes. Vocales sunt sex. A, E, I, O, U, Ypsilon, quarum ultima tantum in dictionibus Gæcis locum habet, ut Hieronymus Dionysius.

Cæteræ appellantur Consonantes, quod vocalibus junctæ simul sonent.

Syllaba fit ex litteris unâ, vel pluribus, ut, A, le, as. Syllaba quæ fit ex duabus Vocalibus, vocatur Diphthongus.

Diphthongi sunt lex, æ, au, ei, eu, œ, yi, ut, Prae-  
um, aurum, bei, Europa, pænna, Harpyia.

Dictio fit ex syllabis, ut Aleas, interduum fit ex una syllaba, ut, Mors.

Oratio fit ex dictionibus, ut, Aleas fuge, Mortem  
meditare.

P A R T E S O R A T I O -  
N I S.

**P**ARTES Orationis sunt Octo, Nomen Pronomen, Verbum, Participium Præpositio, Adverbium Interiectio, Conjunctio.

Harum quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium declinantur: reliquæ, Præpositio, Adverbium, Interiectio, Conjunctio, declinatio-  
nis sunt expertes.

---

## D E N O M I N E.

**N**OMEN, est pars orationis, quæ casus habet, ne-  
que tempora ad significat, ut, *Musa*, *Dominus*.  
Nomen proprium est, quod res proprias atque  
certas significat, ut, *Romulus*, *Roma*.

Appellativum est, quod res communes, atque in-  
certas significat, ut, *Rex*, *Oppidum*.

Collectivum est, quod numero singulari significat  
multitudinem, ut, *Populus*, *Gens*, *Turba*.

Substantivum nomen est, quod per se in oratione  
esse potest, ut, *Dux imperat*, *Miles obtemperat*.

Adjectivum est, quod in oratione esse non potest si-  
ne Substantivo, aperte, vel occulte: Aperte, ut,  
*Dux prudens*, si strenuos milites, dictog<sup>z</sup> audientes  
habeat, facile hostes superabit. Occulte: ut, *Qui*  
*tertianâ laborant*, non vescuntur bubulâ:

Adjectivum nomen, vel habet tres formas, ut, *Bonis*,  
*bona*, *bonum*, vel duas, ut *Brevis*, & *breve*, vel u-  
nam, ut, *Prudens*, *Felix*.

## Varia Adjectivorum Genera.

**I**nterrogativum nomen est, quo de re aliqua quærimus: *Quis?* *Uter?* *Quantus?*

Interrogativum Substantiæ est, cui respondemus per nomen Substantivum, vel pronomen Demonstrativum, ut. *Quis*, *que*, *quod*: *Uter*, *utra*, *utrum*? *Quis hic loquitur?* *Davin ille.*

Interrogativum Accidentia est, cui respondemus per nomen Adjectivum. *Quantus*, *qualis*, *quot*, *quotus*, *cujus* *cujas*. *Qualis fuit Hector?* *Fortis*, *magnanimus*.

Relativum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit: id duplex est, Substantiæ, & Accidentis.

Relativum Substantiæ est, quod nomen Substantivum in memoriam reducit, ut, *Qui*, *que*, *quod*. *Lego Ciceronem*, qui fuit eloquentissimus Romanorum.

Relativum Accidentis est, quod in memoriam reducit nomen Adjectivum, ut, *Quantus*, *qualis*, *quot*, *Cicero fuit eloquens*, *qualis fuit Hortensius*.

Redditiva sunt, *Tantus*, *talis*, *tot*, *totidem*, quæ relativis *Quantus*, *Qualis*, *Quot*, *antè*, *vel post* reddituntur: ut, *Quales in Republica Principes sunt*, *tales reliqui solent esse cives*. *Cura ut talis sis*, *qualis haberi cupis*. *Quot homines, tot sententia*. *Totidem ad te litteras dedi, quot tu ad me misisti*.

*Quis*, *vel Qui*, *quæ*, *quod*: *Uter*, *utra*, *utrum*: *Quantus*, *Qualis*, & cætera Interrogativa, quando ponuntur post Verba Audio, Video, Scio, Intellico,

ligo, Nescio, & alia ejusdem significationis, appellantur Infinita: Nescio quis. Audio quid dicas. Ignoro, quantum, aut qualis sit.

Possessivum nomen est, quod aut rem possessam, aut ad aliquid pertinentem significat, ut, *Equus regius, miles Pomoejanus.*

Patrium nomen est, quod Patriam indicat, ut, *Romanus, Atheniensis.*

Gentile nomen est, quod gentem, vel nationem indicat, ut, *Italus, Grecus.*

Partitivum nomen est, quod aut unum ex multis significat, aut multa singillatim.

Unum ex multis significant, *Quidem, aliquis, quisquam, ullus, nonnullus, quirvis, quilibet:* quæ etiam particularis vocantur.

Quæ multa singillatim significant, ferè sunt Universalia, ut, *Omnis, cunctus, quicunque, nemo, nullus.*

Nomen numerale est, quod numerum significat, cujus variæ sunt species.

Cardinale est, quod numerum abolutè significat, ut, *unus, duo, tres.*

Ordinale nomen est, quod numerum ordine digestum significat, aut ultimum ex eo numero, ut, *Primus, secundus, tertius.*

Distributiva, sive Divisiva nomina sunt, quæ distributionem, seu divisionem significant, quibus ferè utuntur Oratores numero multitudinis, ut, *Singuli, bini, terni, quarterni.* *Victores redite domum bini, aut terni, ad summum quaterni: caue te ne singuli eatis.* Hem tu date victoribus

quaterna mala, viētis singula; ne animus conci-  
dant: Quaterna: id est, uniuersus quatuor; Sin-  
gula, hoc est, cuique unum.

## DE NOMINIBVS POSITIVIS, Comparativis, & Superlativis.

**N**OMEN Positivum, sive absolute, Simpliciterque significat, ut,  
*Magnus parvus.*

Comparativum est, quod rem, vel attollit, vel  
deprimit, ut, *Major, minor.*

Superlativum est, quod rem vel in summo loco,  
vel infimo collocat, ut, *Maximus, minimus.*

Nomina Comparativa, & Superlativa fiunt à no-  
minibus adjectivis, quibus Adverbia magis, &  
minus recte adjungi possunt, ut, *Justus, fortis.*

### A P P E N D I X.

Nomina Substantiva, Pronomina, item Interro-  
gativa, Relativa, Infinita, Redditiva, Possessiva,  
Partitiva, Numeralia, Patria, Gentilia, & quama-  
teriam adsignificant, ut, *auritus, argentens, cedri-  
nus: ad bac frugifer, almus, mediocris, omnipotens,  
medius, modicus, besternus, fugitivus, errabundus,  
moribundus, & nonnulla alia, neque Comparativa,  
neq; Superlativæ pariunt.*

## A QVO CASV FORMANTVR Comparativa, & Superlativa?

**C**OMPARATIVA fiunt à casu, l, litterà finito, ad-  
dità syllabà OR, Superlativa verò addità litterà  
S. & syllabà SIMUS, ut, *Justus, iusti, iustior, iustissi-  
mus: Ferti, fertior, fortissimus.*

## EXCEPTIO I.

Positiva ER syllabā terminata gignunt Superlativa, addito RIMUS, ut, Tener, tenerrimus, Salmer, salmerrimus.

## EXCEPTIO II.

Facilis, gracilis, humilis, imbecillis, similis, Superlativa pariunt, syllabā mutatā in LIMUS, ut, Facillimus, gracillimus, humillimus, imbecillimus, & imbecillissimus, simillimus.

Suet, in Nerone, c. 51. Fuit gracillimus eruribus. Imbecillimus, & imbecillissimus invenies in Comment.

## EXCEPTIO III.

Nomina, quæ ante US, syllabam, vocalem habent, raro Comparativa, aut Superlativa gignunt, ut, Idoneus, noxius, arduus.

Piissimus tamen, & strenuissimus, & nonnulla alia apud probatos antores leguntur.

## EXCEPTIO IV.

A nominibus ex verbis, Facie, Dico, Volo, Compositis, comparativa in ENTIOR, superlativa in ENTISSIMUS, exeunt, ut, Magnificens, magnificenter, magnificenterissimus: Maleficus, maleficenter, maleficenterissimus: Benevolus, benevolent, benevolentissimus.

## Anomala sive inæqualia.

Bonus,	melior,	optimus.
Malus,	pejor,	pessimus.
Magnus,	major,	maximus.
Parvus,	minor,	minimus.
Multum,	plus,	plurimum.

---

## DE PRONOMINE.

**P**RONOME est, quod loco nominis positum certam, sicutamque personam ad significat. Pronomina partim sunt Primitiva, partim Derivativa.

Primitiva, sive Primigenia dicuntur, quæ prima sunt, & à se orta, ut, *Ego*, *tu*, *sui*, *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*.

Derivativa vel potius derivata sunt, quæ ex aliis oriuntur, ut, *meus*, *tuis*, *suis*, *noster*, *vester*, *nostras*, *vestras*.

Ex his Demonstrativa sunt, quæ rem demonstrant, *ut*, *Ego*, *tu*, *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*.

Horum quinque *Hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*, & ex eo compositum *Idem*, Relativa dicuntur, cùm rem antecedentem in memoriam reducunt, ut, *Virgilium carmina composuit*, *idemq[ue]*, *ipse* ea cecinit.

Possessiva sunt, quæ possessionem significant, *ut*, *meus*, *tuis*, *suis*, *noster*, *vester*.

Gentilia sive patria sunt, quæ non solum gentem, vel patriam, sed etiam partes lectione ad significant, *ut*, *Nostras*, *vestras*.

Reciproca duo sunt, unum primitivum, nimirum *Sibi*, alterum derivativum *Suum*.

---

## DE VERBO.

**V**ERBUM est pars Orationis, quæ modos, & tempora habet, neque in casus declinatur.

Verbum duplex est, Personale, & Impersonale.

Per-

Personale est, quod omnes personas utriusque numeri habet: *Amo, amas, amat.* Plurali. *Amamus, amatis, amant.*

Impersonale est, quod primâ, & secundâ personâ utriusque numeri, & tertiâ multitudinis fere privatur: unde & nomen traxit. Id duplex est, Alterum activæ declinationis, ut, *Iudet, Pensi-*  
*tot:* Alterum passivæ, ut, *Pugnatur, curritur.* Verbum Personale dividitur in quinque genera, Activum, Passivum, Neutrum, Commune, Deponens.

Activum est, quod litterâ O finitum, passivum sit, additâ litterâ R, ut, *Amo, amor.*

Passivum est, quod syllabâ OR, finitum, activum sit R, litterâ abjectâ; ut *Amor, amo.*

Neutrum est, quod M, vel O, litteris finitum, ex se passivum personale non gignit, ut *Sum, Sto,* Servio: neq; enim dicitur *Stor, aut Servior.*

Commune est, quod OR syllabâ tantum finitum, activi simul, & passivi significationem habet, præcipue participium præteriti temporis, & quæ tempora ejus adminiculo supplementur, ut, *Ex-*  
*perior, Complector, expertus sum vel fui: nam Præ-*  
*tens, & Imperfectum, & quæ indè fiunt, fere actionem significant.*

Deponens est, quod OR syllabâ tantum finitum activi vel neutri significationem habet; ut, *Se-*  
*quor, utor, morior.*

*De variis verborum Formis.*

**I**nchoativum verbum est, quod rem quandam inchoatam, sed ad finem perfectionemque tendentem significat: ut *Calesco*, id est: *Calidus fio*, *Frigesco*, *frigidus fio*.

Perfectum est, quod rem perfectam, absolutamque significat, ut, *Caleo*, *Frigeo*.

Meditativum verbum est, quod assiduam alicujus rei meditationem significat; ut, *Esurio*, *cænaturio*; qui enim esurit, ac cœnaturit, nihil aliud, quam cibum, cœnamque meditatur.

Frequentativum, sive iterativum est, quod rei frequentationem, iterationemque significat: ut, *Regiso*, *as*, *Lectito*, *scriptito*.

Diminutivum, vel potius diminutum est, quod minus, quam id, à quo ortum est, significat, ut *Sorbillio* à *sorbeo*.

## DE PARTICIPIO.

**P**ARTICIPUM est pars orationis, quæ tum calus, tum tempora habet.

Participia præsentis temporis in *An*s, vel in *Ens*, exeunt, ac ab omni verborum genere nascuntur, exceptis passivis, ut, *amans*, *serviens*, *complectens*, *utens*.

Præteriti temporis in *Tus*, *Sus*, *Xus*, desinunt, ac fiunt à verbis passivis, communibus, & dependentibus, ut, *Amatus*, *usus*, *complexus*.

Unum in *Uus* reperitur, *Mortuus*, videlicet à *Mrior*.

Participia futuri tum in Rus, tum in Dus, exeunt. In Rus, oriuntur ab omni genere verborum, exceptis passivis, ut, *Amaturus, Serviturus, Amplexurus, Usurus*.

In Dus, fiunt, à passivis, & communibus, ut, *Amandus, complectendus*. Interdum etiam à deponentibus, quæ aliquando fuerunt communia, ut, *Sequendus, à Sequor, Ulciscendus ab Ulcisor*.

Participia præsentis temporis fiunt à prima persona præteriti imperfecti, syllaba **BAM**, vel **BAR**, mutata in **Ns**, ut, *Amabam, amans, Complectebam, complectens*.

Participia in Dus, fiunt à Genitivis participiorum præsentis temporis, Tis syllabâ mutatâ in Dus, **DA**, **DUM**, ut, *Amans, amantis, Amandus, a, um, Complectens, complectentis, Complectendus, a, um*.

Participia præsentis temporis, gerundiis, & futuro in Dus carent verba, quæ Præterito Imperfetto deficiunt, ut, *Odi, eæpi, Novi, Memini*.

Participia præteriti temporis fiunt à posteriore supino, additâ litterâ **S**, *Amata, amatus, Complexu, complexus*.

Participia futuri in Rus, fiunt à priore supino, **M**, litterâ versâ in Rus, ut *Amatum, amaturas. Servitum, servituras*.

## DE PRÆPOSITIONE.

**P**RÆPOSITIONIO est pars Orationis, quæ cæteris partibus, aut separata, aut conjuncta ferè præponitur.

**S**eparata, ut, Non sum apud me, prairacundia.

**C**onjuncta, ut, Praefat millies mori, quam DEUM  
vel levissime offendere.

### ACCUSATIVO SERVIUNT.

Ad, apud, ante, adversus, vel adversum, cis, ci-  
tra, circiter, circa circum, contra, erga, ex-  
tra, intra, inter, intra juxta, ob, penes, per pone,  
post, præter, propter, secundum, secus, supra,  
trans, verlus, ultra, usque.

### ABLATIVO GAUDENT.

A!, ab, absque, cum, coram, clam, de, e, ex!,  
præ, pro, procul, palam sine, tenuis: quorum  
ultima ferè genitivum amat, quum vocabulo  
multitudinis adhæret: ut, Cumarum tenuis,  
lumborum tenuis: alioquin ablativum, ut, pecto-  
re tenuis, ore tenuis.

Acculativum, vel Ablativum pro varia significa-  
tione postulant. In, sub, super.

### S V B T E R.

Subter, apud Oatores Accusativum habet, apud  
Poëtas etiam Ablativum.

Præpositiones, quæ tantum conjunctæ præponun-  
tur, sunt Am, con, di, dis, re, se, ut, Ambi-  
go, confero dinumero, disporto, repeto, sejungo.

### D E A D V E R B I O.

**A**DVERBIUM est pars Orationis, quæ vocibus  
addita earum significationem explanat, &c  
definit.

Adverbiorum varia sunt genera, & significations.

Optandi, ut, Utinam, ô utinam, ô si.

Vocandi, ut, O, heus echo.

Interrogandi, ut, Cur? quare? quid ita? quamobrem?

Respondendi affirmativè, ut Etiam, ita, maxime, quid si?

Confirmandi, ut, Profecto, sane, certo.

Negandi, ut, Non, nequaquam, minime, haud, haudquaquam.

Dubitandi, ut, Forsan, forsitan, fortassis, fortasse.

Hortandi, ut, Eja, age, agedum, agite.

Prohibendi, ut, Ne.

Demonstrandi, ut En, ecco.

Eligendi, ut Potius, imo.

Comparandi, ut, Magis, minus, fortius.

Congregandi, ut Simul, una pariter.

Separandi, ut, Seorsim, separatis.

Intendendi, ut, Acriter, audiosè, vehementer.

Remittendi, ut, Segniter, remissè, oscitanter.

Temporis, ut, Hodie, cras, perendie, heri, nundiu terius.

Loci, ut, Hic, huc, hac, horsum.

Numeri, ut, Semel, bis, ter, sàpè, centies, millies.

Ordinis, ut, Primum, deinde, postremò.

Eventus, ut, fortè, fortuito.

Similitudinis, ut, Sicut, sicuti, ut, uti.

Diversitatis, ut, Alter, secus.

Qualitatis, ut, Prudenter, peritè, eleganter.

Quantitatis, ut, Parum, multum, jatis, nimis.

---

## DE INTERJECTIONE.

**I**NTERICTIONE est pars Orationis, quæ varios animi affectus indicat.

*Interjectionum variae sunt formæ, & significationes.*

Laudantis, aliquando exultantis, ut, *Euge.*

Exultantis, & interdum Insultantis, ut, *Vah.*

Lætantis, ut, *Evax.*

Dolentis, & Ingemilcentis, ut, *Ah, heu, hei.*

Suspirantis, ut, *Ah, ah.*

Lugentis, ut, *Hoi, hei.*

Ejulantis, ut, *Oh, oh, oh, oh.*

Admirantis, & interdum Ironiæ, ut, *Hui.*

Irridentis, ut, *Opraclarum custodem ovium, ut ajunt, Lupum.*

Exclamantis, ut, *Pro, ô,*

Silentium indicentis, ut *St.*

Timentis, ut, *Hei.*

Deprehendentis aliquid ex improviso, ut, *At, at.*

Præfigientis malum, vel miserantis, vel minantis,  
ut, *Væ.*

Reijcientis cum fastidio, ut, *Apage, apagesis.*

Stomachantis, sive indignantis, ut, *Malum.*

Execrantis, ut, *Nefas, Nefandum.*

---

## DE CONJUNCTIONE.

**C**ONIUNCTIO est pars Orationis connectens, Coordinansque sententiam.

**Conjunctionum species, sive significaciones variae sunt.**

Copulativæ, ut, *Ac*, *atque*, *&*, *que*, &c.

Disjunctivæ, ut, *Vel*, *ve*, *sive*, *seu*, *aut*, *ne*.

Adversativæ, ut, *Etsi*, *tameisi*, *quamquam*, *quamvis*,  
&c.

Collectivæ, sive Illativæ, sive Rationales, ut, Ergo.  
igitur, quare, quocirca, quapropter, itaq.

Causales, ut, *Namq*, *siquidem*, *quia quoniam*, *enim*,  
*etiam*, *quod propterea quod*, &c.

Expletivæ, ut, *Quidem*, *evidem*, &c.

**Conjunctiones partim sunt Præpositivæ, partim  
Subjunctivæ, partim Mediae.**

Præpositivæ, sive principes sunt, quæ in oratione  
præeunt, ut, *Aut*, *ac*, *atq*, *at*, *ast*, *vcl*, *nec*, *neq*, *nisi*  
*seu*, *sive*, *verium*, &c.

Subjunctivæ, sive subditæ, quæ subeunt: ut, *Que*,  
*ve*, *ne*, *quidem*, *quoq*, *autem*, *vero*, *enim*.

Communes, sive media, quæ & præeunt, & sub-  
eunt: ut, Ergo, igitur, itaq, *evidem*, &c.

## DE ACCIDENTIBVS, SIVE ATTRIBUTIS PARTIUM ORATIONIS.

**S**unt quædam, partes Orationis comitantes,  
ut, Numerus, Catus, Genus, Declinatio, Modus,  
Tempus, Persona, Figura, Species, quæ Acciden-  
tia, sive attributa partium Orationis vocantur.

Numeri Nominum, Pronominum, Verborum, &  
Participiorum sunt duo: Singularis, ut *Musa*, *E-  
go*, *Ano*, *Amans*. Plur. ut, *Musa*, *Nos*, *Amamus*,  
*Amantes*,

**C**alus Nominum, Participiorum, & nonnullorum  
Pronominum sunt sex: Nominatus, Geniti-  
vus, Dativus, Accusativus, Vocatus, Abla-  
tivus.

**N**omen, Pronomen, Participium, tria habent gene-  
ra præcipua? Masculinum sive Virile, cui præ-  
ponitur Pronomen **Hic**; ut, *Hic Dominus, meus,*  
*doctus*: Fœmininum sive Muliebre, cui præponi-  
tur pronomen **Hæc**; ut, *Hec Ancilla, mea, docta*:  
Neutrum, cui præponitur Pronomen **Hoc**; ut  
*Hoc mancipium, meum, doctum*.

**E**x his tribus generibus nascuntur duo alia, Com-  
mune duorum, & Commune trium, Commune  
duorum est, cui præponuntur Pronomina **Hic**, &  
**hæc**, ut, *Hic & hac Parens*: Commune trium,  
sive omnes, cui præponuntur Pronomina **Hic**,  
**Hæc**, **Hoc**, ut, *Hic & Hac, & Hoc prudens, nostras*  
*amans*.

**D**eclinatio[n]es, sive formæ nominis sunt  
quinque.

**P**RIMA, cuius Genitivus terminatur **Æ**, diph-  
thongo, ut, *Musa muse*.

**S**ecunda, cuius Genitivus terminatur littera, **I**,  
ut, *Dominus, Domini*.

**T**ertia, cuius Genitivus terminatur syllaba **Is**, ut,  
*Sermo sermonis*.

**Q**uarta, cuius genitivus terminatur syllabâ us: ut,  
*Sensus, sensus*.

**Q**uinta, cuius Genitivus terminatur litteris **E**, &  
**I**, separatis, ut, *Dies, diei*.

**P**RONOMINA Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, ad primam, & secundam Nominum declinationem spectant: Nostras, Vestras ad tertiam: cætera peculiates habent formas.

Participia, quæ in Ans, & Ens, exeunt, ad tertiam declinationem pertinent, ut, Amans, Docens, &c. Reliqua ad primam, & secundam, ut Amatus, a, um, amandus, amanda, amandum, &c.

### Declinationes sive Conjugationes verborum sunt quatuor.

**P**RIMA, cuius secunda persona, presentis Indicativi exit in As, ut, Amo, Amas, Amare.

Secunda in Es, longum, ut, Doceo, doces, docere. Tertia in Is, breve, & infinitum in ERE, breve, ut Ligo, legis, legere.

Quarta in ls, longum, & infinitum in IRE, ut, Audiō, audis, audire.

**M**ODI verborum triti, ac communes sunt quinque: Indicativus Imperativus, Optativus, Conjunctionis Infinitivus.

**T**EMPORA verborum sunt quinque. Præsens, sive Instans, Præteritum Imperfectum, Præteritum Perfectum, Præteritum plusquamperfectum, Futurum.

**P**ERSONÆ Pronominum sunt tres: Prima Ego, Secunda Tu: Reliqua Pronomina tertie lune Personæ, præter Ipse, ipsa ipsum, quod cujusvis est personæ: item Provocabulum, Qui, quæ, quod.

**P**ERSONÆ verborum sunt tres: Prima, ut, Amo, Secunda, ut, Amas, Tertia, ut, Amat.

**N**omina, & participia, exceptis Vocativis, incertæ sunt personæ, sicut & verba infinita: eam induunt personam, cuius est verbum: ui adhærent, ut, *Ego M. Tullius defendi Rempubl. c. m adolescentis, non deseram Senex.* Cupio te audire.

**V**ocandi calus, quoniam secundis personis tantum adhærent, solum sunt secundæ personæ.

**F**iguræ Nominum, Pronominum, Verborum, Participiorum, Præpositionum, Adverbiorum, Conjunctionum duæ sunt.

Simplex, ut *Prudens, Is, Amo, Amans, Abs, Prudenter, Enim.*

Composita, ut, *Imprudens, Idem, Adamo, Adamans, Absq[ue], Imprudenter, Etenim.*

**S**pecies Nominum, Pronominum, Verborum, Adverbiorum sunt duæ: Primitivæ, ut, *Pater, Tu, Caleo, Clam.*

Detivativa, ut, *Paternus, tum, a, um, Calesco, Clanculum.*

PRÆCEPTA ALIQUOT  
DE CONSTRVCTIONE TY  
ronibus editcenda.

PRÆCEPTUM I.

**A**DJECTIVUM nomen concordat cum Substantivo in genere, numero, & calu: ut, *Puer ingeniosus. Memoria infirma. Ingenium tardu[n]g.*

## I I.

**R**Elativum Qui, Quæ, Quod, cohæret cum Antecedente in genere, & numero, ut, Non est dicendus puer ingenuus, qui verecundiam nos amat. Accepi tuas litteras, quæ mihi juvendissime fuerunt. Legi tuum epigramma, quod mihi mirandum in modum placuit.

## I I I.

**V**erbum Personale finiti modi postulat ante se Nominativum ejusdem numeri, & personæ, ut, Ego lugeo, Tu rides. Praeceptor docet. Nos legimus. Vos scribitis. Aleatores vapulans.

## I V.

**V**erbum Infiniti modi ante le Accusativum habet, ut, Gaudeo te bene valere. Doleo parentes tuos agrotare. Lator fratre tuum salvum, & incolumen venisse.

## V.

**V**erbum Substantivum non solum ante, sed etiam post le Nominativum petit, ut Parsonia est magnum vestigal. Avus tuus fuit vir doctus. Verecundia est maximum ornamentum pueritiae.

## VI.

**O**mne Verbum Personale finiti modi potest utrinque habere Nominativum pertinentem ad eandem rem: ut, Hic vocatur Paulus. Ille vivit miserrimus. Boni moriuntur lati.

## V I I.

**Q**uotiescumque duo nomina Substantiva ad res diversas pertinentia in oratione ponuntur

tur sine coniunctione, alterum erit Genitivus casus: ut, *Libertas Pompeii. Epistola Ciceronis. Carmen Virgilii.*

## VIII.

**V**erbum Activum post se accusandi calum postulat: ut, *Pueri ingenui amant litteras. Frater tuus legit Ciceronem diligenter.*

## IX.

**V**erbum Passivum post se Ablativum desiderat, cum præpositione à vel ab; ut, *Litteræ amantur à pueris ingenuis. Cicero legitur à fratre tuo diligenter.*

## X.

**Q**uodvis Verbum admittit Præpositionem cum suo casu: ut, *Fui in templo. Eo in gymnasium. Sedeo in scanno.*

## XI.

**O**mne Verbum, & multa nomina Dativum habere possunt, ejus rei, cui damnum aliquod, vel commodum datur, ut, *Laboras aliis: mihi soli es otiosus. Catilina fuit perniciosus Reipublica. Senes non sibi, sed filiis aut nepotibus serunt.*

## XII.

**T**emporis continuatio in Accusativo, vel Ablativo ponitur, frequentius tamen in Accusativo: ut, *Pater tuus vixit quinquaginta annis vel quinquaginta annis Dedi operam Dionysi tres annos, vel tribus annis. Scripsi duas horas, vel duas horas.*

## XIII.


## X I I I.

**C**uiuscunque verbo potest addi Ablativus significans Pretium: ut, Emi librum decem denariis. Vendidisti atramentarium tribus sesterciis. Vel Instrumentum: ut, Scribo calamo. Percutio ferulâ. Vel Causam: ut, Servus tuus interiit fame. Tansisco dolore.

## X I V.

**G**erundia, Supina, & Participia, postulant post se calus verborum, à quibus oriuntur: ut, Scribo litteras. Tempus est scribendi litteras. Eo scriptum litteras. Sum Scripturus litteras.





EMMANUELIS  
ALVARI.  
E SOCIETATE JESU.  
DE GENERIBUS AC  
DECLINATIONIBUS NO-  
MINUM, ET PRÆTERITIS  
AC SUPINIS.



L A B A C I,

Typis JOSEPHI THADDEI MAYR;  
Inclytæ Provinciæ Carniolicæ Typographi.  
ANNO M. DC. XCIV.

DE GENERIBUS NO-  
MINUM, QUÆ EX SIGNI-  
FICATIONE COGNO-  
SCUNTUR.

**Q**uæ maribus solum tribuuntur, mascula sunt.  
Mascula censemur, specie de picta virili.

Et quibus appositum tantum tribuisse virile  
Credibile est veteres, latro seu præsul, & hospes.

Fœmineum dicos, quod fœmina sola reposcit.  
Jungito fœmineis muliebri prædicta formâ.

Quaq. Adjectivum tantum muliebre requirunt.

Quæ neutrō apposito gaudent, neutralia sunt.

Est communē diūm, sexum quod claudit utrumque  
Articulo genuino, veluti bos, fortis, & hostis,  
Antistes, juvenis, vates, patruelis, & infans,  
Affinis, miles, cum civi, cliente, sacerdos,  
Et comes atq. canis, sus, dux, auctor q. parenq.,  
Municipi conjunx, adolescens, augur adharent.  
Catul. carni. Nupt. Cernitis innuptæ juvenes, &c.

Quinet. lib. 6. de peroratione. Infantem suam fr̄i-  
gidissime reportavit.

Persius, Satyr, 6.---- ager mihi nulla.

Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis  
Nulla manet patrui.

EST Communē triūm, generi quod convenit omni,  
PRO maribus pugnant monses, fluvijq. minaces.  
INSULA fœminea, Urbs, Regio, cum Nave Poësis.

FOEMINEA est arbor, Foliis oleaster amarus  
 Mas est : Hoc acer, atq; filer, cum subere, robur.  
 UIM neutrī junges : Hominum si propria demus.  
 A plurale, genus neutrī sibi pescit ubiq;.  
 NOMEN in I, maribus si sit plurale, reservao.  
 TRADE notas neutrī : Et vocem pro nomine sumptam.  
 Et verbum quodvis nuda pro voce reposum.

---

## DE GENERIBVS NOMINVM, Quæ expositione cognoscuntur.

**F**OE MINIUM A, prima est, veluti panthera;

sagitta,

Adria mas esto, cui jūnge cometa, planeta,  
 Hic mamona petit : Pascha, hoc cui jungit o manna.  
 Nomen in Aterna neutrī est, ceu signatorem vna.  
 E, Latiale, petit neutrī, velut acre monile ;  
 Feminineum est aliē. Rhodopeq; , & cetera Graeca.

I, neutrī. Omaribus finita dabuntur.

EST IO. feminineum, fuerit si corporis expers

Cui caro jungatur, canatio portio quodq;

Definit in DO, GO. Neutrī adscribito pondo.

Harpago, cudo, ordo, mas, udo, cardo, ligog;.

U, C, D, da neutrī, velut Id, cum Lacte, gelug;.

L, T, fit, neutrī Hic mugil, sal solq; reposunt.

An, In, ON, mas. Hac sindon, & shavis aëdon :

Quēis adde alcionem. Neutrī da cuncta secunda.

EN dabitur neutrī: Sed hymen, ren, mascula sunt,  
 Et splen, atq; lien, attagen, cum poctine lichen.

POSTULAT AR, neutrī, ceu par, cum neclare ,  
 bacchar.

ER maribus dona, Laver hoc, cum tubere pescit.

**Über**, iter spinter, laser, eicer, atq; papaver.

**Ver**, siser, atq; piper, cum verbere, neclē cadaver.

OR, maribus servit: Muliebris demitur arbor.

Accedunt mutris, cor, ador, cumq; aquore marmor,  
EXIGIT UR neutrum, Hic furfur, cum vulture  
turtur.

**FOEMINEUM AS**, Neutrum vas vas, fasq;  
nefasq;

Mascula sunt elephas, adamas, as, atq; tiaras.

Cum reliquis, flectit qua prima Pelasgam.

ESTO nomen in ES muliebre, sed esto virile.

Limes, pes, fomes, termes, cum palmite, trames.

Et gurses, merges, poples, cum cespite, vepres.

Et paries, stipesq;, meri nomenq; diei.

**ACINACES**, is, Masculini generis; hic spectat, quamvis apud Grecos prima sit declinationis: ô AKINAKIS, IS. Sunt, & alia hujus generis: ut, Orestes, is, Pylades, is, neq; video cur Acinacis, Per I, litteram sit scribendum, cum Grécè per I, scribatur, quod in E, longum solet mutari. In sexto tamen casu E, corripitur, quia apud Latinos tertia est declinatio-  
nis. Valer. Flacc. libr. 5.

Insignis manicis insignis acinace dextro.

His Gracum prima, vel terna jungito nomen:

Hippomanis neutrī, panaces, cacoëthes adharent.

Plinius lib. 5. cap. 4. Panaces ipso nomine nominum maiorum remedia promittit, numerosum, & diis inventeribus adscriptum, Solæcophanes his tribus addi potest.

IS, dato fæmineis, maribim da piscis, aqualis,

Anguis, tum fusis, tum callis, follis, & ensis.

Mensis cum vecti, torris, glis, postis, & orbis,  
 Et sanguis, cenchris, collis, cum vomere cassis,  
 Mugi'is, atq; lapis, vermis, cum fuste canalis,  
 Unguis: tum cucuris, cum caulis, pulvis, & axis:  
 NIS quoque finitum ceu panis, & aſſe creata.

M A S C U L A in OS sunt, dos, cos, muliebris, &  
 arbos:

Da chaos, atq; melos neutris, os Argos, eposq;

NOMEN in US, mas est, seu quarta, sive secunda,  
 Porticus, atq; tribus muliebris, acusq;, manusq;  
 Albus, Humus, Vannus, colus, idus, carbasus addes;  
 Et domus, & ficus pomum: mas morbus habetur.

PLURIMA in Os Graeca, Ausonii fecere Latina:  
 Qua maribus partim, ut prologus paradisus, adherent.  
 Partim fæmineis, veluti diptongus eremus:

IN Neutris numera, virus, pelagusq; profundus.  
 Postulat US, neutrum, quoties id tertia flectit:  
 Hic lepus, & mus, Pus Græcum, compostaq; junges.  
 Sit tibi fæmineum Lagopus herba, volucris.  
 Lagopus nomen herba, sive avis fæmineum est,  
 quamvis ex PUS componatur.

Mar.lib. 6. Si meus aurita gaudet Lagopode Flacens.  
 Plinius lib. 10. cap. 48. de Lagopode ave. Non extra  
 terram eam vesci facile, quando nec viva mansue-  
 scit: & corpus occisa, statim marcescit.

Idem lib. 26. cap. 7. de Lagopode herba. Lagopus si-  
 stis alvum è vino pota.

EST mulibre valus, subsens, pulcherrima virtus,  
 Atq; jalus, pecudisq; decus quibus additur incus,  
 Quaq; sibi servus, juvenisq; senexque iugarent.

EST tibi sit neutrum: Laus, frans, muliebris suntos

S dato fæmineis, si consona ponitur ante.  
 Esto virile rudens, fons, pons, seps, lethifer anguis,  
 Mons, dens, atque chalybs, assis quibus addito partes  
 Et polysyllaba, PS, Forceps dematur adunca.  
 X, dato fæmineis, sed erix, grex mascula sunt,  
 Et spadix, bombyx vermis, cum fornice, phœnix,  
 Atque calix, coecyx, & oryx, varixque, calixque.  
 Praterea volvox, quincunx, septunxque, denunxque.

Sescunx legitur 32. Pundect :

Sexcuntia tamen pro eodem usitatis videtur.  
 AX, EX, finitum polysyllabon esto virile.

Fæmineus thomex halex cum smilace, fornax.  
 Et forfex vibex, carex, adjunge supellex.

Atriplex neutrum est, Plin. lib. 20. cap. 20.

Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis.

Vnde genus capit, ut Sonipes, Oriensque, Tonansque.  
 Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.

RESPIC! MUS fines, non significata frequenter.  
 Zeugma, Reate ideo petit hoc, cum Tibure, Care,  
 Hoc Præneste Hispal. Sulmo hic uberrimus undis,  
 Martins hic Narbo braccata gloria gentis.

Hac damnata diu Romanus Alia fastis.

Hippo seminini est generis. Plin. lib. 6. cap. 36.

Utraque Hippo. Silius lib. 3. viriligenere usus est.

Tum vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.

Martialis lib. 8. epigram. 71. dixit muliebri genere  
 Narbo :

Quem pulcherrima jam redire Narbo,

Dicit patria Nurbo Potentii.

Ad leges jubet, annuosque fasces.

RESPICIT interdum nomen generale Poeta :

Unde

Unde sibi merito genus inferior a capessunt :  
Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Jader.

## DE NOMINIBVS INCERTI GENERIS.

**H**Æc modo *femineis*, maribus modo juncta vide-  
bis.

*Grossus, adeps, atenuus, limax, cum torque pha-*  
*selus,*

*Scops, serpens' finte, cum corbe, diésque, rubusque.*

*Postulat hic, aut hoc, merito Nar, vulgus, & Anxur.*

Nomina masculina apud Oratores, quibus  
Poëtæ interdum etiam genere mu-  
liebri utuntur.

**M**ASCUL A *bubo, specus, cortex cum punice,*  
*pulvis.*

*Et calx pars pedis, atque filex, cum margo, pa-*  
*lumbes.*

Nomina ferè *feminea* apud Oratores, &  
interdum Masculina, præcipue apud  
Poëtas.

**E**ST muliebre *animans, volucris, cum stirpe cu-*  
*pido.*

*Sardonichen comitatur onyx, grus, clunis, & ales,*  
*Cum talpa, linter, cum dama, linxque, penusque,*  
*Hac maribus tribues, cinget cum tempora laurus.*  
*Hunc jubare, hunc frontem, hunc pinum, nimium-*  
*que vetusta.*

*Pachus proavis, atavisque uta ida relinque.*

## De Genere Epicœno.

**A**RTICULO sexum quæ complectuntur utrumque.  
Uno, Epicœna vocant Grati: Promiscua nostri.

---

## DE NOMINVM DECLINATIONE.

**N**OMINA composita ferè instar simplicium declinantur. In compositis rectus tantum casus declinantur, ut, *Tribunus plebis*, *Tribuni plebis*, *Tribuno plebis*, *Tribunum plebis*, &c. Huc spectant *Senatus* *consultum*, *jurisperitus*, *Patersamilias*, atque alia ejusdem generis.

Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinabitur, ut, *Res publica*, *jusjurandum*: *reipublica rem publicam*, &c.

Excipitur Alteruter, cujas posterior tantum pars declinatur, excepto Genitivo Singulari, qui utroque modo declinatur: *Alteutrius*, & *alterius utrius*.

Nomina Neutra tres casus habent similes, *Nominandi*, *Accusandi* & *Vocandi*: qui numero multitudinis, & A litterâ terminantur, præter *Ambo* & *Duo*.

*Vocativus singularis*, quartæ & quintæ declinationis, similis est *Nominativo*: *Sensus*, ô *Sensus*, *Dies*, ô *dies*.

*Nominativus* & *Vocativus* multitudinis similes sunt, *Muse*, ô *Muse*, *Virtutes*, ô *Virtutes*.

*Dativus* & *Ablativus*, numeri Pluralis similes sunt, *Musis*, à *Musis*, *Virtutibus*, à *Virtutibus*.

## PRIMA DECLINATIO.

**P**RIMÆ declinationis nomina in A, As, Es, ex-eunt. Quæ A litterâ terminantur, tum Græca, tum Latina sunt: ut, Maja, Ægina, victoria, familia. Quæ in As, & Es, syllabas exeunt, Græca tantum sunt, ut, Æneas, Anchises, & declinantur hoc modo.

Mominativo Æneas, Genitivo, Æneæ, Dativus Æneæ, Accusativus Æneam, Vocativus ô Ænea, Ablativus ab Ænea.

Nominativo Anchises, Genitivo Anchise, Dativus Anchise, Accusativus Anchisen, Vocativus ô Anchise, Ablativus ab Anchile.

Numerº multitudinis omnino cum Latinis nominibus primi ordinis contentiunt.

Priscis temporibus Genitivus singularis Latinus etiam in As, syllabam terminabatur: unde etiam nunc dicitur Paterfamilias, Materfamilias, Filiusfamilias.

Aulai, pictai, & his similes interrogandi calus inter-dum apud Poëtas leguntur pro aulæ, pictæ.

Virgilius lib. 9. Dives equum, dives pictai vestis, & auri.

A Maja, Ægina, & aliis hujusmodi Græcis nominibus fœmininis Accusativus per An, syllabam aliquando apud Poëtas exit, ut, Majam, Æginam.

Vocativus similis est Nominativo, ô Musa, ô Maja, Græca, S, litteram deponunt, ô Ænea, ô Anchise.

Dativus multitudinis Is syllaba finitur, præter Duabus, ambabus, & deabus, & nonnulla, aijs ejusdem

dem exitus, quæ etiam à viris doctis, sexūs di-  
scernendi gratia; usurpantur.

*Nomina E, litterā finita secundæ Declinationis  
Gracorum, sic declinantur.*

**N**ominativo Musice, Genitivo Musices, Da-  
tivo Musice, Accusativo Musicen, Vocativo  
ō Musice, Ablativo à Musice. Numero plu-  
rali Latinam Declinationem sequuntur.

*Ad hunc modum declinantur Mastiche, Grammatice,  
Rhetorice, Dialectice, Arithmeticæ, Lybie: quorum  
ultima vocalis si in A, litteram mutetur, Latinè  
declinantur, ut, Grammatica, Grammaticæ, &c.*

## SECUNDA DECLINATIO.

**L**ATINA nomina secundæ declinationis in syl-  
labas, ER, IR, UR, Us, Um, exeunt, ut, Faber,  
vir, satur, populus, præmium

Græca in Os, ON, Eus, ut, Delos, Androgeos, Pelion,  
Tydous.

Genitivus ferè æqualis est Nominativo syllabarum  
numero, ut Populus, populi, Præter Iber, Iberi: Cel-  
tiber, Celtiberi: armiger Armigeri: Signifer, Signi-  
feri: Liber, liberi: Trevir, Treviri: Satur, Saturi:  
& nonnulla alia.

Poëtæ aliquando alterum l, omittunt.

Virg: nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Androgeos, non solùm Androgei, sed etiam An-  
drogeo, more Attico, facit Genitivo.

Idem, in foribus lethum Androgeos-----

Accusativus à Græcis in Os, S, litteram mutat in  
N, ut, Delos, Delon: Menelaos Menelaon: Athos vel  
Atho, more Attico.

Vo-

Vocativus est similis Nominativo, ô Vir, ô Deus,

E X C E P T I O I.

Cætera nomina, Us syllabâ finita, mutant Us, in E,  
Populus. ô popule : fluvius ô fluvie tabellarius ô tabel-  
larie ; Præter filius, & nomina propria in Ius, quæ  
US, syllabam deponunt, ô Fili, ô Antoni, ô Pompei  
Cicero ad Octavium. Quantum te, popule Romane,  
de me fæsellit opinie.

E X C E P T I O II.

Græca quæ in Evs, & hs, hoc estus, diphongum  
exeunt, deponunt S, Nominativi, Tydeus, ô Ty-  
deu : Panthus, Pantus.

A P P E N D I X I.

**G**RÆCA, Evs syllaba finita etiam Genitivo sa-  
ciunt, Eos, & Accusativo, Ea, maximè apud  
Poëtas, sed tunc ad tertiam declinationem  
spectant, ut, Tydeus, Tydeos, Tydeas : Tereus, Tereos,  
Terea.

A P E N D I X II.

**V**OCA TIVUS Græcorum nominum, quæ Os, in  
Us, mutant, etiam in E, litteram exit : ut Ti-  
mothem, Pamphilus, ô Timethee, Pamphile : An-  
taeus, Thymbræus Ptolemaeus, ô Antæ, Thymbræ, Pto-  
lomæ.

A P E N D I X III.

**L**ATINI interdum, vel euphonie causâ, vel At-  
ticos imitantes Vocativum faciunt similem  
Nominativo, ô Populū, ô fluvius, ô meus,  
Lib. 1. ab urb. Audi tu populus Albanus,  
Virg. Projice tela manus sanguis meus.

Idem.

*Idem. Corriger Hesperidum fluvius regnator a: quarum. Adsis o tandem.*

*Nominativus multitudinis, I, litterâ terminatur, ut, Captivi, Dei, vel Dij.*

*Principis temporibus ei diptongo terminabatur, ut, Captivei.*

*Dativus pluralis Is, syllaba finitur, ut, Captivis, Deis, vel Dij.*

---

### TERTIA DECLINATIO.

**E**T si tertiae declinationis quam plurimae sunt positiones, Genitivus tamen in Is, syllabam exit, qui Nominativo modo est æqualis numero syllabarum, ut, *Navis*, *navis*, modo unâ syllabâ longior. ut, *Turbo*, *turbinis*, *unedo*, *unedonis*: modo duabus: ut, *Iter*, *itineris*, *biceps* *bicipitis*, *suppellex*, *supelleclilis*.

#### O.

*Macedo*, *Macedonis*, *Anio* *Anienis*: *Nerio*, *Nerienis*.  
N.

*Babylon*, *Babylonis*: *Palemmon*, *Palemmonis*: *Xenophon*, *Xenophontis*.

#### R.

*Lar*, *laris*: *Hepar*, *hepatis*: *Acer*, *aceris*: *Mulciber*, *mulciberis*: *Jecur*, *jecoris*, vel *jecinoris*.

#### A S.

*Calchas*, *calcbantis*, *his Pallas*, *pallantis*: *hac Pallas*, *Palladis*.

#### E S.

*Chremes*, *Chremetis*, vel *Chrenis*, *Laches*, *Lachetis*, *vel Lachis*.

I S.

*Simois, Simoëntis: Pyrois, Pyroëntis: Charybdis, Cha-  
rybdis, Paris, Paridis.*

O S.

*Rhinoceros, Rhinocerotis: Tros, Troic: Minos, Mi-  
nois: Heros, Herois.*

U S.

*Melampus, Melampodis: Opus, Opuntis: Amathus,  
Amathuntis.*

Y S.

*Capys, capyis: Cotys, Cotyis: Chlamys, Clamydis.*

N S.

*Lens, lentis: lens, lenti: frons, frondis, frons,  
frontis: Aruns, Aruntis.*

P S.

*Anceps, aucupis: Anceps anicipitis: Stirps, flirpis.*

R S.

*Lars, Lartis, Rex Veientium: Concordis, concordis.*

X.

*Astyanax, Astyanactis: Arx, arcis: Merx, mercis:  
Vervex, vervecis: Lynx, lyncis.*

### GENITIVVS GRÆCVS IN OS.

**G**raeco Genitivo, Os syllabà finito interdum  
utuntur Latini, ut, *Metamorphosis, Meta-  
morphoseos: Decapolis, Decapoleos: Tanis,  
Taneos: Tethys, Tethyos: Erymanthis, Erimanthides.*

### GRÆCVS GENITIVVS IN VS.

**M**Anto, Callisto, Alecto, Calypso, & cætera  
id genus Græca ferè US, faciunt Genitive,  
ns, *Mantus, Calypsus.*

## ACCUSATIVVS.

Accusativus exit in EM : ut, Sermonem.

## EXCEPTIO I.

Buris, cæcunis, pelvis, ravis, securis, sitis, tussis, vis, in IN, exeunt.

## EXCEPTIO II.

Febris, clavis, navis, puppis, restis, turris, in EM, vel in IM, terminantur.

## ACCUSATIVVS GRÆCVS.

**G**ræcus Accusativus in A, exit : ut, Hectora, Calchanta, aëra, athera.

## EXCEPTIO I.

Græca, O, litterâ finita habent Accusativum similem Nominativo, ut, Manto, Calypso, Alecto.

## EXCEPTIO II.

Græca, Is, syllabâ finita, quæ apud Lasinos Genitivum habent similem Nominativo, hoc est, quorum Genitivus apud Græcos in Os, exit, nulla præcedente consonante, Accusativo faciunt IN, Græcè : vel IM, Latinè : ut, Charybdis, charibdin, vel Charybdim.

Ys finita frequentiūs in YN, quam in YM exeunt, ut, Thetys, Thetyn : Cotys, Cotyn : Halys, Halyn, vel Halym.

Quæ verò Genitivo crescunt, neque accentum habent in ultima, in IN, vel IM, vel EM exeunt : ut Paris, Paridis, Parin, vel Parim, vel Paridem : Iris, Iridis, Irin, vel Irim, vel Iridem : Isis, Ifidis, Isim, vel Isim, vel Ifidem, quæ etiam in A, apud Græcos exeunt, ut, Parida, &c.

## VOCATIVVS.

**V**OCA<sup>T</sup>IVUS similis est Nominativo, ô Sermo, hæc Palias, ô Pallas, ô Socrates, ô Chremes, ô Achilles, ô Heros, ô Chlamys, ô Socrate, Chreme, Achille, Ulysse, etiam in usu sunt.

## EXCEPTIO.

Græca, quæ in ls, vel Ys exerunt, neque habent accentum in ultima apud Græcos, deponunt S, Nominativi, ô Mæri, Iri, Pari, Thety. Et apud Poëtas fœminina in ls, quorum Genitivus exit in Dis, quamvis accentum habeant in ultima, ô Amarilli, Tyndari, Oebali.

Item propria in As, quorum Genitivus exit in ANTIS, apud eosdem Poëtas deponunt S, ô Palla, ô Calcha.

Præterea quæ ante S, habent diptongum, ferè S, litteram abijciunt, ut, Tydeus, Melampus, ô Tyden, Melampu.

Quæ omnia apud Atticos Vocativum habent similem Nominativo, ô Paris, &cetera; quos interdum imitantur Latini.

## ABLATICVS.

**A**BLATIVUS exit in E, à Teste, dnce, hospite, paupere, pubere, sopite.

## EXCEPTIO. I.

Nomina quorum Accusativus exit in IN, vel IM, Neutra in AL, AR, E, Nomina mensium: Adjectivum cuius neutrum E, littera terminat̄, I, postulant: ut, Charybdi, siti, animali, calcari monili, Septombri,

Quibus accedunt: pluri, strigli, canali, memor, Far, nectar, hepar, jubar, E, contenta sunt: Item Gaulape, Sotacē, Præneste, Reate & cætera locorum; propria hujus positionis, si tamen huc spectant, sunt enim pleraque declinationis expertia.

## EXCEPTIO II.

I, vel E, petunt cætera Adjectiva, & substantiva, quorū Accusativus in EM, vel in IM, desinit, ut, à Felice vel felici: ingente vel ingenti: nave vel navī..

Quibus addes: Amnis, ignis, imber, supellex, vecis.

## APPENDIX I.

Substantivā Is, syllabā finita, quæ ex Adjectivis facta sunt ferè in I. exeunt: ut, Familiaris, annalis, bipennis, triremis, gaffinis: à familiari, annali, &c. Volucris, tamen, & rudis, volucre, rude faciunt. Sin verò propria sint, E tantum postulant, ut, Martialis, Juvenalis, à Martiale, Juvenale.

Hæc imitantur, & alia, ut, Felix, Clemens, Melior.

## APPENDIX II.

Pleraque Adjectiva, quæ in litteras Ns, exeunt, ferè E. contenta sunt, ut, Prudens, imprudens: à prudente, imprudente.

Participia in E, exeunt, ut, Absente, presente, audente.

Cic. in Ver. Illâ Deos hominesq; implorante, isto Infanti pupilla fortunas patrias ademit.

Plin. Baticâ à flumine eam medium secante.

Interdum etiam in I, sed tunc ferè in nomina transiunt,

Com-

Comparativa nomina multò usitatiùs in E. litteram, quām in I. exeunt, ut, Superiore, faciliore, uberiore.

### CASVS MVL TITVDINIS.

**N**ominativus pluralis exit in Es, ut, Sermones, Delphines, Troes.

### GENITIVVS PLVRALIS.

**G**enitivus multicudinis, in Um, syllabam exit: ut, Juvenum, canum, uatum, majorum, minorum: eodem modo cetera comparativa.

### EXCEPTIO.

In Ium, exeunt, quæcunque litteris, Ns finiuntur, ut, Serpentium, präsentium.

Item S. litterā terminata, quæ Genitivo non cre-scunt, ut, Collis, collum, clades, cladium, & quo-rum Ablativus in I. aut E. & I. exit, ut, Diœces-um, Syrtium, animalium, plurium, navium, felicium.

Quibus adde, Samnitium, lintrium, cohortium, ventrium, fornacium.

Ad hæc Monosyllaba, quæ in duas Consonantes exeunt, ut, Trabs, seps, pars, arx, merx: trabium, sepium, partium, arcium, &c.

Quibus accedunt, As, glis, lis, mus, nix, nox, os, ossis, fauces, faucium; & si quæ alia sunt à viris doctis usurpata.

Hinc rursus excipiuntur Parens, degener, inops, memor, supplex, vetus, uber, lynx, & alia, quo-rum Genitivus exit in Um, quæ progrediente tempore, rerum omnium Magister usus, te si-de' fidio decebit.

## GENITIVVS GRÆCVS.

**G**enitivus Græcus exit in **ON** hoc est, **Om**, per  
**O**, magnum, *ut*, *Epigrammaton*, *bareseon*.

## DATIVVS PLVRALIS.

**D**ativus in **Ibus** exit, *ut*, *Sermonibus*, *Bos* ta-  
men *bobus* aut *bubus* facit.

Græca à Neutris in **A.** in **Is**, syllabam frequentius  
exeunt, *ut*, *Peripetasniatis*, *Emblematis*, *Poëma-*  
*tis*, & *Poëmatibus*, *Diplomatis*, *Diplomatibus*.

## ACCVSATIVVS PLVRALIS.

**A**ccusativus multitudinis in **Es**, syllabam exit,  
*ut*, *Sermones*, exit & in **Is**, cum Genitivus  
certorum nominum desinit in **Ium**, *ut*, *Om-*  
*nis*, *urbis*: *vel omneis urbeis* uter alterisit præfe-  
zendus, judicabunt aures.

## CASVS PLVRALES.

**C**asus plurales nominandi, accusandi, & ve-  
candi neutri generis in **A.** desinunt, si Abla-  
tivus in **E.** tantum exit, *ut*, *Tempora*: Sin verò,  
**I.** aut **E.** vel **I.** tantum terminetur, tunc in **Ia**,  
desinent, *ut*, *vestigalia*, *ingentia*.

Præter Comparativa. Item *vetus*, *plus*, *qua* in  
**A.** exeunt, *ut*, *Majora*, *vetera*, *plura*.

*Aplustre*, *aplustria*, & *aplustra* facit.

## GRÆCVS ACCVSATIVVS.

**A**ccusativus Græcus in **As**, desinit, *ut*, *Del-*  
*phinias*, *Troas*, *Crateras*.

*Virgil. Orpheus in lylvis, inter Delphinias Arion.*

QUAR-

## QVARTA DECLINATIO.

**G**ENITIVUS singularis quartæ declinationis exit in Us syllabam, ut, *Senatus*, *anūs*.

**P**risci *Senatus*, *annis* dicebant: apud quos etiam, *I.* litterâ hic casus terminabatur, ut *ornati*, *tumulti*: unde *Terent.* more *prisco*, *Eius annis causa*, dixit, & nihil *ornati*: *Nihil tumulti*.

**D**ATIVUS in *U.* exit, ut, *Senatū*, *anni*. *Priscis* & *euclis* etiam in *U.* exibat, unde *Virgil.* *Parce metra Cytherea.*

**D**ATIVUS multitudinis in *Ibus* exit, ut, *Sen-<sub>sibus</sub>*.

## EXCEPTIO.

*Arcus*, *artus*, *lacus*, *partus*, *specus*, *tribus*, in *Ubus*, *exeunt*, *Lacubus*, *specubus*, *tribubus*. *Portus* in *Ibus*, & *Ubus*. *Questibus* à queror, multò usitatius est, quam *questibus*.

## QVINTA DECLINATIO.

**C**Asus interrogandi singularis, quintæ declinationis in *EI.* litteras divitas exit, ut *dies*. Apud antiquos in *Es.* sive *E.* exibat.

*Vnde Virg:* *Libra die somniq; pares ubi fesserit horas.*  
*Et Ovid.* *Prima fide, vocisq; rata tentamina sumpsit,*  
*Exit & in duplex ij. Virg.* *Muner aletitiamq; dij.*  
*Gafus interrogandi, dardi, textusque multitudinis*  
*præter Rerum, rebus, dierum, diebus, inusitati*  
*sunt.*

Cicero non est ausus Specierum speciebus dicere: non  
nam negat posse Latinè dici.

## SYNCOPE.

**O**MNIUM fermè declinationum interrogandi  
casu multitudinis interdum maximè à Poëtis  
imminuntur, quam imminutionem Græci  
Syncopen vocant.

## PRIMÆ.

**C**ælicolūm, Æneadūm, Ausonidūm, Trojage-  
nūm, &c. pro Cælicolarum, Æneadarum, &c.

## SECUNDÆ.

**L**iberūm, nummūm, sestertiūm, fabrūm, deūm,  
&c. pro liberorum, nummorum, &c.

## TERTIAE.

**C**ladūm, cadūm, veprūm, cœlestūm, agrestūm,  
potentūm, furentūm, Macedūm, pro cladium,  
cædiūm. veprium. cœlestium, agrestium, potentiu-  
m, furentium, Macedonum: qua, & alia ejusdem  
generis non facile apud Oratores reperientur.

## APPENDIX I.

**G**enitivus imminutus à nominibus substanti-  
vis, As, syllabā finitis, usitator est quàm ple-  
nus, ut, Civitatum, quàm civitatum.

## APPENDIX II.

**Q**uidam Genitivi tum pleni, tum imminuti  
sunt usitati, etiam apud Oratores, ut, Apium,  
& apūm: Serpentium, & serpentūm: Quiriti-  
um, & Quiritūm: Optimatum, & optimatūm: Lo-  
cupletum, & locupletūm.

## QUAR-

## C V A R T Æ.

*Virum, passum, pro Currum, passum.*

A N O M A L A S I V E I N Æ.  
Q U A L I A.

**A**NOMALA, sive inæqualia vocantur, quæ aut numero, aut genere, declinatione, aut calu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

## N U M E R O I N Æ Q V A L I A.

**Q**UÆDAM Singulari numero tantum declinantur, ut, *Nemo, Pontus, lutum, & pleraq; eorum,* quæ metimur, aut ponderamus, ut *Triticum, oleum, aurum, ferrum.*

Quædam Plurali solū, ut, *Cani, canorum: Penates, Penatum, Castra, Calenda.*

## G E N E R E I N Æ Q V A L I A.

**Q**UÆDAM Singulari numero sunt masculina; Plurali neutra, ut, *Sibilus, sibila; Balteus, baltea.* Quædam singulari foeminina, Plurali Neutra, ut, *Carbasus, carbasa.*

Quædam singulari Neutra, Plurali Masculina, ut, *Argos, argi, argorum.*

D E C L I N A T I O N E I N Æ.  
Q U A L I A.

**V**As, vasis, Singulari numero, est tertiae declinationis: Plurali secundæ, ut, *Vasa, vasorum, vasis.*

Jugerum, jugeri contrà numero singulari secundi est ordinis, Plurali tertij, *Jugera, jugerum, jugerbis.*

Interdum, & jugeris Genitivo singulati, & jugere  
Alativo legitur.

## C A S V I N A E Q V A L I A .

**C**lædam non declinantur in casus: ut, Frigi,  
nibili, pondo, quod numerum pluralem tantum  
habet, cum libram significat: Item, Quatuor,  
quinque, & cetera usq; ad centum, quæ aptota sive  
monoptota appellantur.

Quædam Vocativo carent. cujusmodi sunt Inter-  
rogativa: ut, Quis, qualis. Relativa: ut, Qui,  
qua, quod. Negativa: ut, nemus, nullus. Par-  
ticipia pleraque: ut, Quidam, ullus, alius. Pro-  
nominæ etiam; præter Tu, meus, noster, no-  
stras, fernè vocandi casu destituuntur.

Quædam nominandi, interrogandi, & accusandi  
casum tantum habent, ut, Tantundem, tantidem.

Quædam Nominativum, & Vocativum, ut, Jupi-  
ter, expers.

Quædam obliquos tantum, ut, Jovis, Jovi, Jovem, Jove.

Quædam tres solum obliquos, ut, Opis, opem, ab ope.

Quædam duos, ut, Repetundarum ab hū repetundis.

Quæd: m unum, ut, Inficias, sponte, natu.

## D E V E R B O R U M P R A E T E R I T I S E T S U P I N I S .

**S**IMPLICIUM leges termè conjuncta sequuntur.  
Hinc passa excipiam, memori quæ mente re-  
pones.

Cùm geminat primam simplex, composta priorem

Præteriti amittunt: præter præcurro, repungo,  
Quæque sibi gignunt do, sto, cum polcere disco.

Præteritis quæcunq; carent, spoliato supinis.  
Ut glisco, vergo, ferio cum polleo, vado,  
Ambigo, cum satago, quælo, quibus hisco fatisco.  
Et furit, & mœret, tum aveo, tum ringer, & aje,  
Et vescor, liquor, medeor reminiscor adauge;  
Insuper à verbo seu nomine, nata; tepesco,  
Mitesco veluti, quorum de nomine lis est:  
Aut certè capiunt à verbis unde trahuntur.  
Adde quibus nomen vehemens meditatio fecit;  
Elurit excepto. Veterum monumenta revolve.

## PRIMA CONJUGATIO.

**P**RÆTERITUM primæ facit AVI, ATAMQ; SUPINUM.  
Ut neco: nam necui neclum, sibi pignora ser-  
vant.

At cubui, domui, crepui, vetuique supinā  
Dant in I<sup>m</sup>um, ut cubitum: hæc tonui: f<sup>on</sup>uique  
sequuntur.

M cubo cùm recipit, tantūm tibi tertia fleget:  
Ait id præteritis expungitur, atque supinis.

DIMICAT, AVI, ATUM, micai nil amplius optat,  
Africui, frictum: à fecui deducito sectum.

A lavi, lotum, ant lautum, nec sperne lavatum.

Ex lavo compositum, ceu diluo, tertia polcit.

Potatum à poto, seu potum flectito. JUVI.

A juvo tantūm, vel capies à prole supinum.

Dat plicui, plicitum, compōstum polcit utrūmq;  
Supplicat AVI, ATUM, genitūmque ex nomine so-  
lūm.

Ex *Do* compositum variabit terfa; præter  
Quæ *Venum*, *Circum*, *Pessumque* tatisq; crearunt;  
*Do*, dedit, atque datum; verū didit omne, di-  
tumque.

Exigit, ut vendo, trado, quod tertia flectit.  
A *Sto* flecte steti, statum; stitit inde profecta  
Atque statum cupiunt, multò sed cebrius *ATUM*.

## SECUNDA CONJUGATIO.

**A**LTERA præteritis dat *Ui*, dat *Iumque* supinis;  
Ut moneo, taceo; gignit sed torreo, tostum.  
Sorbeo cum lociis dat *Uli*, tamen absq; supino.  
Adoceo doctrinam, à teneo deducito tentum,  
Centeo fert censum; mistum tibi milceo donat.

*Quod* dat *Ui* neutrum, timeoque carento supinis.  
Polcit *Ium* valeo, careo, placeoque, doletque  
Et jaceo, caleo, noceo, cum pareo junges.

*Dant*, *Di*, *Sum*, video, fledo, cum prandeo; ve-  
rū

Si germinat sessum; stridi nil postulat ultra.  
Mordeo, præterito germinato flecte momordi,  
Morsum; si spondet, tondet, sic pendo flectet.

*Dat* mansi, mansum; minui sed præminet optat,  
Prominet, immineo, simul eminet absque supino.  
Hæreo, dat, *Si*, *Sum*, cum suadet, mulcet, & ardet,  
Tergeo, cum mulget, ridet; sed torqueo tortum.  
*S*, iussi, lussum germinat. Indulgeo, *Si*, *Ium*.  
Urgeo, *Si*, tantum, cum fulget, turget, & alget.  
Lugeo fert luxi: jam pridem quæro supinum.  
Luceo duntaxat luxi: sic trigeo frixi.  
Augeo præterito facit auxi, austumque supino.

*Evi,*

Evi, Etum vico, flet, net, cum deleo, quæque  
 A pleo nascuntur, iepio, ceu supp eo, complet,  
 Civi lume citum, quartæ sed pignora redde.  
 Concire interdum etiam secundæ Declinationis  
 legitur:

Livius ab urbe libr. I. Elatum domo Lucretiæ  
 corpus in foro deferunt, eoncertque miraculo  
 (ut fit) rei novitate atq; indignitate homines,  
 Nunc oleo dat vi, dat itum; sic pignora patris,  
 Quæ servant sensum Evi, Etum tert coetera proles,  
 Aet abolevit, itum dat; fert adolevit, adulsum.  
 Ex vco, fit vi, tum: moveo, foveoque fatentur.  
 A caveo cautum, à faveo, deducito factum:  
 Vi, neutrum tantum poscit, ceu flaveo, livet,  
 Et paveo, tervet: connivi postulat & xi.  
 Audeo nunc ausus, gavisus gaudeo poscit;  
 Et solitus soleo; solui tibi Crispe placebat,

## TERTIA CONJUGATIO.

**P**OSTULAT, in Spicio, aut Licio, quod desinit,  
 Exi.

Ecum, ut conspicio, alicio: tamen elicit optat  
 Elicui, elicium: à feci deducito factum:  
 Ajeci jactum: dat sodi, S, duplice fassum.  
 Vult fugi fugitum: sapui, sapij ve, nec ultra  
 Progreditur sapio; cupio, Ivi, gignit & Itum.  
 Dat capio, cœpi, captum: sed cœpio priscum  
 Fert cœpi, cœptum: à rapui deducito raptum.  
 Dat peperi partum, aut paritum: sint pignora  
 quartæ.  
 Dant cussi, cussum, cutio finita parente.  
 Utēris quassi quassum, si, legeris usquam,

Rj.

Rite *Uo* poscit *Ui*, ac *Utum*: sit diluo testis.  
*Aruo*, dic ruitum, sed *Ultum* dant pignora tantum;  
*Astruxi*, structum: à fluxi deducito fluxum.  
*Congruo* nulla, luo, metuóque pluóque lupina.  
*Annuo* cum socijs, batuo, ingruo, respuo gignunt.  
*Bo*, dat *Bi*, dat *Itum* Scabo, Lambo, carente supinis.  
*Alcripsi* scriptum à nupsi deducito nuptum.  
*Ici fertiolum*: à duxi de promiso ductum.  
*Aparsi* parlum, geminat quóque pareo, pepercí.  
*Vinco* cupit vici, victum: à dico exige dictum.  
*Sco*, *Vi*, *Tumque* petit, ceu nosco, quiesco, fuesco.  
*Dat gnitus agnosco*, cognosco jungitur illi.  
*Dat pasco pastum*, conqueri, linque vetustis.  
*Ut disco didici tentum*, sic pasco, poposci.  
*Dispelco*, dat *Ui*, pariter compescere solūm.

*Do*, *Di*, *Sum*, gignit veluti Defendere, Cudo.  
*N*, tamen amittunt fundo, cum scindere findo.  
*S*, **geminat** fissum. ac leissum, dat pandere passum.  
*Tundo* petit tutudi, tunlum: sed pignora tusum.  
*Sume* Cado, cecidi, casum: cape credo Cecidi.  
*Cæsum*: dat tantum vel tensum, tendo, tetendi.  
*Pedo*, pepedit habet: pensum fert pendo pependi.  
*Tum rudo*, tum sido, tum strido, carente supinis.  
*Dant*, *Si*, *Sum*, clando lađo, cum rodere, trudo,  
*Divido*, cum plaudo, rado, cum ludere: vali,  
*Ac vasum à vado*, capiant sibi pignora tantum.  
*Cedo* petit cessi, cessum facit inde supino.  
*Dat*, *Xi*, *Ctam*, *Go*, vel *Gno*, ut plango, extinguo su-  
 pinis.

*N*, tamen abijcent stringo, cum pingere finge;  
*Tango* cupit tetigi tactum: egi ago poscit, & actum,

*Sume*

Same Page, pepigi, paſtum: cape pangere panxi,  
 Vel pugi, paſtum, gaudent compoſta ſecundo.  
 Dat legi, lectum, fregi dat frangere, fractum.  
 Neglijit Exi, Eclum, cum intelligo, diligo poſcit.  
 Prodigo, cum dego, fugo privato lupinis.  
 Dat pungo, pupugi, punctum: daſt pignora fermē  
 Punxi. Vult Si, Sun, ſpargo, cum mergere tergo,  
 Dant, Xi, Xum, figo, frigo: caret ango lupinis.  
 A traxi, tractum: a vexi deducito vectum.  
 Mejo facit minxi, miſtum, nec plura require.

**L**, *Luit*, atque *Litum*: celo, culatum; conſulo  
 gignit.

**C**onſultum; occulit, occultum eſt: ale poſcit &  
 altoni.

Ante carent cello, præcello, excello, lupinis.  
 Præteritum duplex perculsi, perculit optat.  
 Percello, perculsum, haud plura require lupina.  
 Dat pello, pepuli, pulsum. Uult fallo, fetelli,  
 Falsum: A velli, vel vulsi deducito vulum.  
 Sublatum tollo nunc tantum, ac iuſtulit optat.  
 Sallo facit falli, falsum: dat pſallere pſalli.  
 Malo, veſo, molo, cum pſallo carento lupinis.

**M**o per Vi, dat *Itum*: tremo flectitur absq; ſupino  
 Dant Psi, *Ptum*, demo, promo cum ſumere como  
 Emi ſert emptum: premio, præſſi, S, duplice preſſum

Dat poſui, poſitum: genitum genuiſſe repoſcit,  
 Dat cecini, cantum, *Cinni*, dant pignora Centuſia.  
 A ſine fit ſivi, atque ſicutum: dat ſternere, ſtravi,  
 Ac ſtratum: ſprevi, ſpreturn, dat ſpernere: cerne  
 Crevi, ſed cretum capiunt ſibi pignora ſolūm.  
 Dat templa, temptum, temno, ſi legetis uſquam.

Lini vel livi, Levive, litumque trisulcum  
 Fert. lino. Po, Psi, ptumq; petit, ceu scalpere, carpo.  
 Astrepui, strepitum : à rupi deducito ruptum.  
 Linguo sibi linqui cupiunt pignora Ligatum.  
 Dat coxi coctum : Tero, trivi polscit, & Itum.  
 Agero fit gessi gestum : dat curro cucurri  
 Currum : quæsum quæro, quæsivit habeto;  
 Ferre, tuli, latumque: uro dabit ussit, & ustum.  
 Præteritum verri à vero est, versumque supinum.  
 A sero fit tevi, atque latum : Vi, rustica proles  
 Fert, & Itum: dat Vi, Ertum aliena à rure propago.

So, sru, situmq; petit : da vilere, visi,  
 Ac vilum : incessu incessi, tamen absque supino.  
 Pinsitus, ac pistus, pinsusque à pinsuit exit.  
 Xi, xum dant plecto, cum flecio, nectere, pecto :  
 Dant quóq; pecto Xii, nectóq; Peto Iuit, & itum.  
 Stertuit à sterto tantum : meto, messuit optat  
 Ac messum, S, gemino, misi dat mitto, supinum  
 S, duplici missum : à verti deducito versum,  
 Sisto, stiti, statum, actium : neutrale sequetur  
 Sto verbum; unde stiti, atq; stitum sibi pignora  
 sument.

Avixi vicium : à volvi deflecte volutum.  
 Texui amat texo, ac textum : solvi que solutum.

## DE PRÆTERITIS ET SVPINIS QUARTÆ CONJUGATIONIS.

**I** Vi, Itum, ut polio, fastidio, quarta requirit.  
 Fert veni, ventum, venio : sepelire, sepultum.  
 Singultum, singultit amat: dat amixit, amictum  
 Ex pario natum per Vi, flectatur & Ertum.

Comperio, reperitque petit *Ri*, polcit & *Ertum*.  
 Sancio dat sanxi, sanctum, simul optat, & *Itum*.  
 Sentio, vult *Si*, sum, sepsi dat lepio, leptum.  
 Hausi fert haustum; dat vinxi, vincio, vinatum.  
 Farcio dat farsi, fartum: vult fulcio, fusi.  
 Ac fultum: farsi fartum dat sarcio verbum.  
 Væneo fert venum, quod fermè vœnijt optat.  
 Dat lalui, fultum, proles sibi vendicat ultum.

**DE PRÆTERITIS ET SVPINIS  
VERBORUM DEPONENTIUM.**

**E**X OR, finitis Activam singito vocem,  
 Ut vereor, vero, veritum fluet inde supinum,  
 Præteritumq; simul veritus sum: cætera fingi  
 Hac ratione queunt. Pauca excipienda memento.  
 A reor esto ratus: nanciscor natus habeto.  
 Orsus ab ordini deducitur; usus ab utor.  
 Vult fateor, fassus; proficiscor sume profectus.  
 Metiri mensus gignit: paciusque paciscor.  
 Comque miniscor amat commentum: adipiscor,  
 adeptum.

Vltus ab ulciscor venit; expergiscor hahebit  
 Experrectus: ac oblitum, obliviscor adoptat.  
 Dat labor lapsus: misereri fundet misertus.  
 Fert, natus, loquor atque sequor; queror accipe  
 questus,

Dat nitor, nixus, nisusque: gradī accipe gressus.  
 Redde fruor fruitus; morior sibi mortuus optat.  
 Nascor amat natus, tandem fert ortus oriri.  
 In tribus extremis per iturus flecte futurum.  
 Dat patior passum, invitum mortalibus agris,

**100**

E M A N U E L I S  
ALVARI E SOCIETATE  
IESU, DE CONSTITUTIONE  
GRAMMATICÆ.

LIBER SECUNDUS.

Ad Veterum ferè Grammaticorum ratio-  
nem revocatus.

D E C O N S T R U C T I O N E  
*octo Partium Orationis.*



L A B A C I ,  
Typis, Iosephi Thaddæi Mayr, Inclytæ Provin-  
ciæ Carnioliae Typographi.  
*Impensis Adami Scube Bibliopega Labacensis.*

ANNO M. DC, LXXXVI.

Le<sup>t</sup>toriS.

**E**Gregiam profecto operam litteris,  
earumque studiosis natavit E M-  
M A N V E L A L V A R U S  
Societatis Iesu Lusitanus: is e-  
nim & præcepta Grammaticæ, jejuna illa pér  
se (litteratorum verò, an ignoratione dicam,  
an negligentia: ) barbaris ita polluta voci-  
bus, dicendique rationibus deformata, nihil  
ut minus traderent, quam latinitatem ver-  
bis, quantum res patiebatur, illustribus ex-  
ornavit: & id quod utilissimum fore videba-  
tur, magna optimorum exemplorum copia  
locupletavit. Addo quam plurima ex optimo  
quoque Auctore, tanquam ex penaria quadam  
eloquentiæ cella deponpta, ac partim ip̄a in  
præcepta Grammaticæ, partim in Appendices,  
partim verò in commontarios ita distributa:  
ut quod ad latini proprietatem sermonis, &  
ornatum facit, nihil admodum desideretur.  
Huc accesserat admirabilis Grammaticæ ipsius  
tradendæ ratio, ac methodus, quam ille, aut  
à recentioribus quibujdam mutaverat, aut

Jummo

jummo sane cum iudicio, primus ipse excogitaverat. Verum hæc ipsa methodus, quæ per se facilis, & quedam quasi compendiaria via futura esse videbatur ad omnem latinitatem, nescio quo pacto usi venerit, ut experimento ipso difficilior, quam ut puerorum ingenia ferre possent, apprehenderetur. Et sane ut id ipsum tribui novitati possit (ingeniis enim puerilibus conductit plurimum trita quedam, quasi cantilena præceptorum, quam ipsi saepe pueri audiverint, ac Psytacorum more, ipsarum etiamnum rerum ignari decantarint) sed ut novitati, inquam tribuatur: non negarim tamen aliquid vidisse Diomeden, Phocam, Donatum, cæteros, cur maluerint planiorem quandam viam ingredi, quam directionem, nec tam metbodi perfectissima, quam puerilis capacitatis habere rationem. Sed quoquo se modo res habeat, superiorum, ut dicebam, annorum experimento didicimus, puerorum utilitati, & commodo, cum verba Activa, Neutra, Deponentia, impersonalia permiscemus: dum non verborum formas, sed casuum regimen tantum attendimus: dum perfectam & absolutam Constructionem

Intransitivam, , Tr̄ansitivæ præponimus dum  
quæ ad nomen pertinent, ante ea, quæ de ver-  
bis dicenda sunt, tradimus universa; dum in  
harum ipsarum vocum, Transitivi, & In-  
transitivi, notione religiosius adhæremus :  
dum certis locis communibus omnia compre-  
hendimus, nimio fortasse illis consulendi stu-  
dio, minus esse consultum. Quare operæpre-  
cium nos facturos esse existimavimus, si quæ  
de octo Partium Constructione scripsit E M-  
MANVEL, ita nunc primū ederemus, ut  
eam ipsam veterum dispositionem retinere-  
mus, cæterū EMMANVELIS ipsius operā,  
atque eruditione frueremur. Habet in hac EM-  
MANVELIS editione primū præcepta om-  
nia, quæ quod ad Intransitivam construc-  
tionem quam vulgo Concordantias vocant, pue-  
ris existimavimus fore perutilia, harum ta-  
men vocum Transitivi, & Intransitivi, quod  
ea minus ad rem facere viderentur, mentione  
intermissa, Secundo loco Verba Activa, Passi-  
va, Neutra, Communia, Deponentia, Imper-  
sonalia & Infinita, eo fere ordine, quo à vete-  
ribus, ut diximus, erant disposita. Deinde ad-  
dimus, quod ipsi illi faciunt, Accidentia ver-  
borum,

borum, Gerundia, Participia, Supina. Hæc nominis Constructio consequitur, quod eo loco à veteribus de Comparativis & Superlativis agatur. Hanc ipsam postremò excipiunt partes aliæ orationis, eo planè ordine, quo hic noster illas antea digesserat. Ex quo fit, ut cùm ad infinita accesseris, nihil planè in posterum, præter interpositam Nominis constructionem, immutetur: in ipsa autem Constructione Verborum ordinem quidem veterum cognoscas; præcepta verò, exempla, & alia omnia, vel ex ipsis E M A N V E L I S præceptis, vel ex eius Commentariis, hauriantur. Quibus in Commentariis, quia multa erant, cognitu illa quidem pulcherrima, sed quæ in iis, qui circumferuntur libellis desiderarentur: Ideò fecimus, ut pulcherrimis quibusque è commentario exceptis ( idque tantum in constructione verborum, ne nimium libellus excreceret ) Appendicu numerum augeremus. Quarum Appendicu singulis verborum ordinibus illas adscripsimus, quæ magis ad rem facere videbantur; easque ipsas eo consilio in tria genera distribuimus, ut Ludimagiſtri intelligerent, tyrones non iis omnibus

esse continuo onerando, sed eis, cum primum  
ad partium orationis constructionem accesser-  
int, tradenda esse nuda tantum precepta  
Grammaticæ, idque usque ad accidentia ver-  
borum. Quibus preceptionibus semestri ferè  
spatio expeditis, iteranda eadem illa cum pri-  
mi generis Appendicibus, iis tamen addendis  
de accidentium Verbi, de nominis, de cetera-  
rum partium constructione, quorum capaces  
esse videbuntur: idque altero semestri facien-  
dum. Tertio deinde semestri Appendices se-  
cundi generis, & ex aliis orationis partibus  
adiungenda, si quæ fuerint semestri superiore  
pretermissa. Quarto demum semestri discipu-  
los, cum jam erunt in preceptis Grammati-  
cæ confirmati, tertii generis Appendices una  
cum iis, quæ ad figuratam constructionem per-  
tinent, docendos esse. Ita fiet, ut ferè biennio  
abundent preceptis instituisque Grammati-  
cæ, eoque tum demum tempore ad Humanita-  
tem informentur. Hæc habuimus, quæ te de  
immutato in EMMANUELLE ordine, deque  
Grammatica institutione tradenda, docere-  
mus.

DE



# DE OCTO PARTIUM O- RATIONIS CONSTRV- CTIONE.

## DE CONCORDANTIIS NOMEN CVM VERBO.

  
Et hunc finiti modi postulat ante se Nominativum apertè, vel occultè, ejusdem Numeri, & per locutionem. Cic. Ter. Si vales bene est, ego Lib. 14 quidem valeo. Ter. in Eunucio. Quis hic loquitur? Idem ibidem. Quid stamus? cur non innus hinc?

Nam verbum infiniti modi ante se Accusativum habet; Cic. ad Att. Hunc quidem nimum citò transisse lator. Lib. 15

### APPENDICES I. GENERIS.

I. Voces copulatae sèpiùs verbuni plurale desiderant: Cic. ad Att. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. Interdum singulari contentæ sunt. Idem de Senectute. Mens & ratio, & consilium in senibus est. Quod intelligitur, etiamsi non nunquam omittatur coniunctio. Idem ad Q. Li. 5. fratrem, frons oculi, vultus, præsepè mentiuntur, oratio vero sapissimè.

## De Concordantiis.

II. Verbum plurale, si nomina sint diversarum personarum, nobiliorem personam sequitur, Prima nobilior est quam secunda & tertia; Secunda tertiae anteponitur. Cic. ad Terentianum. Si tu, & Tullia lux nostra, valetis: ego & suavissimus Cicero valemus.

## APPENDICES II. GENERIS.

I. Prima & secunda persona ferè non explicatur, nisi cum diversa studia significamus; Auctor ad Herennium. Ego capit is mei periculo patriam liberavi; Vos liberi sine periculo esse non curatis? Aut cum plus significamus, quam dicimus. Cic in Terr. Tu innocentior quam Metellus? Tu plus significat, quam verbum ipsum per se declarat II. Verbum infinitum interdum partes Nominativi agit: Cic. in Oratore. Oportere, perfectiōnem declarat officii. Terent. in Heautontimorumenō: Non est mentiri meum. Item verbum cum suo casu: Cic. ad Marium. Vacare culpā, magnum est solatum. Brutus ad Atticum: Dolet mihi, quod tu non stomacharis.

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Poëtæ verbo plurali aliquando utuntur, intercedente præpositione, Cum: Virg. Remo cum fratre Quirinus iura dabant. Oratores singuli: Cic. ad fratrem, Domitius cum Messala certus esse videbatur.

II. Item

II. Item Poetæ, intercedente præpositione **Cum**, verbum multitudinis præstantiori perlonæ reddunt. *Virg. Divellimur inde Iphitus, & Pelias mecum.* Oratores verò verbum Nominativo reddunt, nulla habita ratione Ablativi. 2. *A.*

*Cic. ad Attic.* Nec totum animum tuum mœrori Lib. 3.  
mecum dedilles. Quod idem & Poetæ faciunt:  
*Horat. ad Pisonem.* Tu quid ego, & populus me-  
cum desideret, audi.

III. Verba, Apparet, Fallit, Fugit, Præterit,  
Latet, interdum loco Nominativi, membrum  
orationis habent: *Cic. ad Att.* Apparebat illas lit-  
teras non illius esse. Idem accidit nonnunquam  
in verbum Passivis: *Cic. de Amic.* Tarquinium  
dixisse fertur, &c. quanquam usitatus est. fe-  
runt Tarquinium dixisse, aut fertur dixisse Tar-  
quinius.

IV. Idem Verbo videtur, interdum usuvenit, Lib. 5  
modò apertè: *Cic. in Tusc.* Non mihi videtur, ad  
beatè vivendum, satis posse virtutem, quod ta-  
men imitandum non est, cùm Videor, soleat  
cum Nominativo, si adsit, congruere sic; *Non*  
*mihi videtur, ad beatè vivendum, satis posse vir-*  
*tus:* (de quo suo loco præcipietur) modò ob-  
scure: *Cic. Attic.* Velim aliquando, cùm erit tu-Lib. 12  
um commodum, puerum Lentulum invisas, eique  
de mancipiis, qua tibi videbitur, attribuas: Deest  
enim, attribuenda esse.

# De Concordantiis.

## ADJECTIVVM CVM SVB- STANTIVO.

Lib. 6. **N**omina Adjectiva, Pronomina, & Partici-  
pia, cohærent cum Substantivis genere,  
Lib. 6. numero & casu. Cic. in Verr. Erat hyems  
*summa, tempestas perfrigida, imber maximus.*  
Ter. in Eunuc. Ille bonus vir nusquam appetet.  
Curtius. Parva sèpè scintilla contemnata, ma-  
gnum excitavit incendium.

## APPENDICES I. GENERIS.

Bell. I. Substantiva conjuncta ferè Adjectivum mul-  
titudinis requirunt. Liv. Hippocrates & Epici-  
des nati Chartagine, sedoriundi ab Syracusis. Quod  
Pun. 4. si Adjectivum singularis sit numeri, cum vici-  
niore Substantivo genere, numero & casu con-  
sentiet: Q. Cic. de Petitione Consulatus. Multo-  
rum arrogantia, multorum contumacia, multo-  
rum superbia, multorum odia, ac molestia perfe-  
renda est.

II. Adjectivum plurale præstantius genus sibi  
vendicat. Virile præstantius est muliebri & neu-  
tro: Ter. in Andr. Domus, uxor, liberi inventi in-  
vito patre. Neutrum muliebri præfertur, præ-  
cipue cum de rebus inanimatis sermo est: Sal.  
in Cat. His genus, atas, eloquentia propè paria fue-  
re, Idem. Divitiae, decus, gloria in oculis sita sunt.

Bell. III. Cum Substantivis rerum inanimatarum  
æpè jungitur Neutrum multitudinis. Liv. Ira  
Mag. & av.

*E*avaritia, i*n*perio potentiora erant. Cicerotamē ferē proximi Substantivi habet rationem: *Cic.*, *in Cat. Vide, P.C. in me vestrum omnium ora atq; oculos esse conversos. Idem ad Q. P.* Toti deniq*s* sit Provinciae cognitum, tibi omnium, quibus presis, sa-lutem, liberos, famam, fortunas esse charissimas.

## APPENDICES II. GENERIS.

I. *Participia, Factus, Creditus, Dictus, Dicendus Visus, Appellatus, & cætera ejusdem generis, si inter duo Substantiva ponantur, non continuo cum præcedente consentiunt; nec idem, si post utrumque collocentur, cum alterutro contentire poterunt: habenda est enim ratio, quod ad constructionem attinet non collocationis verborum, sed ipsarum rerum. Itaque cohæret Adjectivum cum eo nomine; quod est basis, & fundamentum orationis: Plin. Puteoli Colonia Dicearchia appellati.*

II. *Adjectivum fæmininum interdum respon-det viciniori Substantivo pluralis numeri. Liv. Hoc. S. C. littera à Sp. Posthumio Prætore in Hen-truriam missa sunt. Si de rebus animatis agitur, satius est circuitione uti hoc modo: Lucretia ca-sfissima fuit, qua virtute etiam ejus mancipium flo-ruit: potius, quam Lucretia & ejus mancipium fuerunt casta.*

## APPENDICES III. GENERIS.

I. *Figurata constructio censenda est, cum apud probatos scriptores è duobus Substantivis Ad-jecl-*

## De Concordantiis.

- Lib. 2. *adjectivum consentit cum minus præcipuo; ut Cic. de Divin. Non enim omnis error stultitia dicenda est. Teren. in Phorm. Nunquam aquæ ac modo paupertas mihi onus visum est, & miserum, & grave Liv. Gens universa Veneti appellati.*
- Lib. 1. II. Poetæ substantivis præpositione : Cum Met. copulatis plurali adjungunt suo jure. Ovid. Sors Lib. 2. *eandem Iulmarios Hebrum cum Stimone siccatur. Iulmarios, Adjectivum est duorum fluviorum. Et Fast. sequuntur etiam generis præstantiam. Ovid. Iliacum Lauso de Numitore sati.*
- Lib. 3.

## RELATIVUM CUM ANTECEDENTE.

**R**Elativum *Qui, Quæ, Quod*, concordat cum antecedente, in genere, & numero ; *Cic. ad Tironem. Nemo nos amat, qui te Lib. 16 non diligit. Idem Att. O te ferreum, qui illius Lib. 3. periculis non moveris,*

Item pronomina *Hic, Iste, Ille Ipse, Is, & I-*  
*Lib. 3. dem, cùm fiunt Relativa, Idem ad eundem;*  
*Eunti mibi Antium venit obviam tuus puer; is*  
*michi litteras abs te, & commentarium consulatus*  
*mei Gracè scriptum reddidit.*

## APPENDICES I. GENERIS.

I. Relativum *Qui, Quæ, Quod*, cùm antecedenti præponitur; cum eodem genere, numero,

ro , & casu perquam venustè cohæret. Cic. ad Lib. 9.  
 Attic. Quos cum Mario pueros, Trebatio miseram  
 epistolam mihi attulerunt: Quanquam sæpius al-  
 terum Relativum subiicitur ex iis pronomini-  
 bus Hic, Iste , Ille , &c. Cic. Tusc. Quam quisq; Lib. 1.  
 norit artem: in hac se exerceat. Idem ad Curionem. Lib. 2.  
 Si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamam-  
 ris , quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis  
 esse elaborandum.

II. Quod si inter duo Substantiva ponatur, cum  
 alterutro consentire poterit, etiam si alterum  
 proprium sit : Sall. Est locus in carcere , quod In Car.  
 Tullianum appellatur. Curt. Darius ad eum lo-  
 conju-  
 cum , quem Amanicas Pilas vocant , pervenit. Lib. 3.

III. Quantus, Qualis , & cætera id genus no-  
 mina, cùm Relativa fiunt, non cum antecedente,  
 sed cum consequente Substantivo, genere ,  
 numero, & cau consentiunt : Cic. ad Cassium : Lib. 1.  
 Dixi de te , quæ potui , tanta contentione , quan-  
 tum forum est. Idem in Bruto. Utinam in Tiberio  
 Graccho, Caioque Carbone, talis mens ad Rem publ.  
 bene gerendam fuisse, quale ingenium ad bene  
 dicendum fuit.

### APPENDICES III. GENERIS.

I. Nominatus, & Verbum: Adjectivum , &  
 Substantivum: Relativum, & antecedens inter-  
 dum, maximè apud Historicos, & Poetas, sensu  
 & significatione consentiunt , quamvis voce  
 discre-

## De Concordantii.

- Æne. i discrepent; Virg. Pars in frusta secant, veribus-  
Bell. que trementia figunt. Liv. Pars in juveniles lusus  
**Mace.** versi, pars vescentes sub umbra, quidam somno et-  
jam strati. Terent. in *Andria*, Vbi illic est scelus,  
qui me perdidit? illic scelus, hoc est ille sceleratus  
II. Orationis membrum interdum vice Ante-  
cedentis ponitur, idque in neutro genere: Cic.  
**Lib. 2.** Att. Pompeius, quod mihi summo dolori est, ipse se  
affixit.

## APPENDICES III. GENERIS.

- Si plura antecedant Substantiva conjunctio  
nibus alligata, idem observandum, quod paulo  
**Lib. I.** ante de Activis dictum est, Cic. Off. Propter  
summam & doctoris auctoritatem, & urbis, quo-  
rum alter te scientia angere potest, altera exemplis  
Idem ad Q. Cacil. Sed tibi venire in mentem cer-  
to scio, quæ vita esset nostra, quæ suavitas, quæ digni-  
tas, ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. In-  
terdum redditur viciniori Substantivo: Cicero  
in *Pisonem*. Miki non venerat in mentem, furo-  
rem & insaniam obstat eis, in quam incidistis.

## SUBSTANTIVA CONTINUA- TA.

- S**ubstantiva continuata, quæ ad eandem rem  
**Lib. I.** spectant, calu concordant, quamvis genere  
& numero aliquando dissentiant: Cic. Att.  
**Lib. I.** Tulliola delicia nostra tuum munuscum flagitat.  
**Epist.** Plin. Quid agit comum tua meaque delicia

## Nominis cum Verbo.

### APPENDICES III. GENERIS.

- I. Interdum alterum Substantivum Genitivi est casus, quanquam alterum alio casu effatur. Cic. ad Attic. Cassius in oppido Antiochia cum omni exercitu est: pro in oppido Antiochia Virg. Et Aeneas celsam Butkroti ascendimus urbem.
- II. Quærunt hoc loco Grammatici, utri potius Substantivo reddendum sit Verbum, Adjectivum & Relativum, magis an minus communis: Ego quantum memini observasse, existimo, si alterum proprium sit nominis, cum eo verbum cæteraque consentire Cic. ad Mar. Delicia vero Lib. 7. tue nosfer Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes liceret. Si vero de aliis rebus agatur: saepissime video verbum Adjectivum, Relativumque; magis communis respondere: Liv. De Bel. Solis urbe qua in Cilicia est, egerunt: Soli Solo Mac. rum nomen est urbis. Plin. Tungri civitas Galliae Lib. 7 fontem habet insignem. Liv. Corioli oppidum caput Lib. 3. ptum. Lib. 2.

### INTERROGATIONIS ATQUE Responsionis consensus.

**I**nterrogatio, & Responsio casu consentiunt. Cui Praeceptor i dedisti operam? Platoni. Cuius est haec Oratio? Ciceronis. Quem existimas fuisse Principem Oratorum? Demosthenem. Quo morbo fuisti impeditus? Assidua febricula.

DE

# De Constructione.



## DE CONSTRUCTIONE VERBI ACTIVI.

**V**erbum Activum est, quod littera O, finitum, Passivum fit, addita littera R. *ut Amo, Amor.*

### PRIMUS ORDO ACTIVORUM.

**V**erbum Activum post se accusandi casum postulat. *Cic. in Catil. Avus tuus clarissimus vir, amavit unicè patriam, & cives suos.*

*Amo as avi atum } Lieben.*

*Diligo gis lexi lectum }*

*Lego gis gi lectum Lesen.*

*Fero fers tuli latum Tragen.*

*Veho his exi etum Führen.*

*Laudo das avi atum } Loben.*

*Commendo das avi atum }*

*Vitupero ras avi atum Tadlen.*

*Scribo bis psi ptum Schreiben.*

*Celebro as avi atum Rühmen.*

Como mis	compsi	comptum	Zieren.	Adcul-
Adjuro as	uvi	utum	Helfen.	tum
				mulie-
SECUNDUS ORDO ACTI-				ru:n
VORUM.				refertur

*Genitivus prater Accusativum.*

**Q**uædam Verba Activa, præter Accusati-  
vum, Genitivū admittunt. Ea ferè sunt ac-  
cusandi, absolvendi, damnandi, Genitivus  
verò Pœnam ferè, Crimene signifcat. Cic.  
pro Rabir. *An non intelligis primum quos homines*  
*& quales viros mortuos summi sceleris arguas?*  
Ibidem. *Civem Romanum capitis condemnare*  
*cogit.* Terent. in Eunuch. *Hic furti se alligat.*

Accuso	sas	avi	atum	Anklagen.
Accerso	sis	ivi	itum	
Arcessō	sis	ivi	itum	
Defero	fers	tuli	latum	
Incuso	sas	avi	atum	
Postulo	las	avi	atum	
Arguo	is	ui	utum	
Coarguo	as	avi	atum	Überweisen/
Infamo	as	avi	atum	Verleumbden

Seneca Epist. 22. *Non est, quod quisquam illos*  
*apud te temeritatis infamet.*

## De Constructione.

*Insimulo as avi atum Beschuldigen.  
Convinco ncis ci ctum Bherweisen.  
Absolvo lvis lvi lutum Losprechen.  
Damno nas navi natum Verdamen.  
Condemno nas navi natum*

## APPENDICES I. GENERIS.

I. Genitivus Criminis , maximè cùm his Ver-  
bis Accuso , Arguo , Defero , Postulo , Absolvo ,

Lib. I. Damno , Condemno , in Ablativum cum Præ-  
positione DE , mutari potest: Cicero Att. Non  
committam post hac , ut me Accusare de epistolarum  
negligentia possis , Hoc tamen nomen , Crimen ,

Lib. 2. Ablativo sine præpositione effertur. Cicero  
Curioni. Si iniquus es in me index , condemnabo

Lib. 4. eodem ego te criminis. Dicimus etiam capite ali-  
quem damnare , punire , plectere. Auctor ad  
Herennium. Eum vos jurati capite damnatis.

II. Absolvo , Libero , Alligo , Astringo , Multo ,

Lib. I. Obligo , Obstringo , quemadmodum suapte  
naturā Ablativum petunt , ita & Ablativum si-  
gnificantem Pœnam Crimenve sine præposi-  
tione admittunt. Liv. Ego me , et si peccato ab-

Lib. 2. solvo , suppicio non libero. Cicero de Orat. Vitia  
hominum atque fraudes , damnis , ignominiis ,  
vinculis , verberibus , exiliis , morte multantur.

## Verbi Activi.

### APPENDICES II. GENERIS.

I. Non temerè uti debemus Verbis Accusandi,&c. Nec enim Corripio, Reprehendo, Vitupero, Culpo, Castigo, Punio, Plecto, Multo, Excuso, cum Genitivo junguntur. *Culpare* reprobare, *Sugillare*, *Taxare* alicuius *Pasmoniam*, *ambitionem*, &c. dicam potius, quam aliquem parsimoniae, ambitionis, &c.

II. Verba hæc accusandi, &c. interdum præpositionem IN, admittunt. *Cic. de Invent.*

*Quare vitam ejus, quem arguit, ex antefactis accusator improbare debebit, & ostendere si quo in pari peccato convictus sit. Cicero ad Q. Fratrem.* Lib. II.  
*Primum me tibi excuso, in eo ipso, in quo te accuso.*

**E**tiam verba emendi, vendendi, locandi, præter Accusativum hoc ferè Genitivos assumunt, tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quanticunque. Primum tamen Ablativo effertur, de quo dictori sumus, cùm de communi constructione trademus. *Cic. in Offic.*  
*Emit homo cupidus tanti; quanti Pythius voluit.* Ibidem.  
*Vendo meum non pluris, quam ceteri;* fortasse etiam minoris.

*Emo emis emi emptum Raussen.*

*Redimo imis emi emptum Erlösen.*

*Vendo dis didi ditum Verkaussen.*

## De Constructione.

*Loco cas avi catum Vermitten.  
Conduco cis xi etum Mitten.*

**V**Erba Æstimandi præter hos Genitivos ;  
illos etiam habent , magni, parvi, maxi-  
mi, minimi; Terent. in Heaut. Tu illum  
nunquam ostendisti, quanti penderes. Idem in Andr  
Merito te semper maximi feci Chreme.

Æstimo	as	avi	atum	Schäken.
Duco	cis	xi	etum	
Habeo	bes	bui	bitum	
Pendo	dis	pependi	pensum	
Puto	as	avi	atum	
Facio	cis	fecí	factum	

## APPENDIX I. GENERIS.

Lib. I. I. Dicimus etiam, Magno, Permagno, Parvo,  
Lib. 3. & magno pretio æstimare: Cic. in Verr. Tu ista  
permagno æstimas? Idem de fin. Næ ego istam glo-  
riosam, memor abilèmque virtutem non magno æ-  
Lib. 5. stimandam putem. Val. Max. Magno ubique  
pretio virtus æstimatur.

## APPENDICES II. GENERIS.

I. Nauci, Flocci, Pili, Assis, Teruntii, Nihili ,  
Lib. 2. cum Verbo Facio junguntur: Cic. de fin. Eum  
nihili facit. Dicimus etiam : Tuas minas non fa-  
cio flocci. Nihili tuas fortunas pendo, Non assis,  
non

*non flocci te aestimo. Pro nihil habeo, puto, duco, divitias omnes pre virtute. Non nihil bonam valetudinem aestimo.*

II. Sum pro estimor Genitivos magni, maximi, pluris, plurimi, cæterosque admittit: Cic. Cass. Lib. 15  
*Magni erunt mihi tua litteræ. Idem pro Sex. Quis Carthaginensium pluris fuit Hanibale consilio, virtute, rebus gestis.*

III. Aequi bonique, vel æqui boni facio, Boni consulō, singularia sunt: Terentius in Heaut. Equidem istuc Chreme, æqui bonique facio. Cic. Lib. 7.  
 Att. Tranquillissimus autem animus mens, totum istud æqui bonique facit. Seneca. Hanc coqui, ac 127. pistoris moram boni consulō.

**H**æc item Verba Admoneo, Commoneo, Commonefacio, Genitivum habent cum Accusativo: Livius. Qui admonerent eum fæderis Romani. Quintil. Grammaticos sui officii commonemus. Eadem tamen pro Genitivo possunt Ablativum cum præpositione, De Bellf. Mac admittere. Cic. pro lege Manilia. De quo vos pan-  
 lo ante invitatus admonui. Idem in Verr. Te neque præsens filius de liberorum charitate, neque absens Mac Lib. 5. pater de indulgentia patria commendabat. Li. 7.

Admoneo nes nui nitum }  
 Commoneo nes nui nitum } Bermahnen.  
 Commonefacio cis feci ñtum }

## De Constructione.

### TERTIUS ORDO ACTIVORUM.

Dativus cum Accusativo.

**Q**uædam Verba Activa, præter Accusativum, Dativum exigunt. Ea ferè sunt, dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, postponendi. Cicero pro Planc. Salutem tibi iudicem dare poterunt qui mibi reddiderunt.

#### D A N D I.

Do das	dedi	datum	Geben
Tribuo is	ni	utum	
Prabo es	ni	itum	
Dedo dis	didi	ditum	
Concedo dis	essi	eßum	Zulassen.

#### R E D D E N D I.

Reddo dis	didi	ditum	Widergeben.
Restituo tuis	tui	tutum	Widerzustellen
Refero fers	tuli	latum	Widerbringen.
Rependo dis	pendi	pensum	Erfatten

#### C O M M I T T E N D I,

Committo tis	mis	missum	Befehlen.
Mando das	avi	atum	
Commerndo das	avi	atum	

Tr-

Trado dis didi ditum Übergeben.  
 Credo dis didi ditum Vertrauen  
 Prodo dis didi ditum Verrathen.

## PROMITTENDI.

Promitto tis misi missum Verheissen.  
 Spondeo dis spondi sponsum Zu sagen  
                          oder angeloben.

## DECLARANDI.

Aperio is ui ertum Eröffnen.  
 Declaro ras avi atum Erklären.  
 Expono nis sui situm } Aufz legen  
 Explico eas avi atum }  
                          & cui citum  
 Significo eas avi atum Zu wissen thun.  
 Indico, Ostendo, demonstro, Dico, Narro.

## ANTEPONENDI.

Antepono	nis	sui	situm	Fürziehen
Antefero	fers	tuli	latum	
Præpono	nis	sui	situm	
Præfero	fers	tuli	latum	
Præcepto	ptas	ptavi	atum	Lieberhaben.

## POSTPONENDI.

Postpono nis sui situm } Geringer  
 Posthabeo bes bui bi:um } schäzen.

# De Constructione.

## APPENDICES I. GENERIS.

- I. Alia verba sunt hujus tertii ordinis, ut, facio tibi *injurias*. Facio, tibi fidem. Ago vobis maximas gratias. Interdixisti nobis usum purpuræ.
- Lib. 5. Mitto tibi & ad te litteras. Vat. Cic. omnia mihi dura imperas. Sup. ad eundem. Quæ aliis tutè precipere soles, ea tutè tibi subiace. Cic. Att. Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.
- II. Multa denique composita ex Actiis, & præpositione AD, IN, OB, PRÆ, SUB, præter Dativum, etiam accusandi casum postulant.
- Lib. 1. Cic. Att. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.

Eiusmodi sunt Affero, Admoneo, Adiicio, Adjungo, Addo, Addico, Applico, Admisceo, Appono, Adjudico, &c. Infero, Infigo, Importo, Injungo, Iniicio, Indo, Ingero, Incutio, Inuro, &c. Oppono, Offundo, Offero. Præcludo, Præcipio, Præscribo, Præfinio, Præparo. Subduco, Subscribo, Subjungo, Suppono, suggero.

## APPENDICES II. GENERIS.

- I. Habeo tibi fidem, id est credo, usitatissimum elegantissimumque est. Adhibeo tibi fidem, in eadem re dubium & controversum est. Præsto tibi fidem, tum dicimus, cum servare fidem intelligimus.

II. Sunt, quibus geminus Dativus, præter Accusativum apponitur: Do tibi hoc laudi, vitio, culpæ, criminis, pignori, fæderi. Vertis id mihi vi-

tio, stultitia. Id tibi ducis honori, gloriae, laudi, vitio, damno. Cic. pro Sext. Rosc. Profeclo te intelliges, inopia criminum summam laudem Sext. Roscio vitio, & culpe dedisse. Terent. in Adelph. Tu nunc id tibi laudi ducis, quod tūm fecisti inopia.

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Verbum Mutuo, non est hujus loci: non enim dicimus: *Mutuavi tibi pecunias, mutuasti mihi centum nummos*: Sed. *Dedi tibi pecunias mutuas, Dediti mihi mutuos centum nummos*. Cic. Att. Lib. 2. Cui magnam dedimus pecuniam mutuam. Ter. Heant. Huic drachmarum argenti mille dederat mutuum. Dicimus autem ferè. Dare mutuum, de pecunia, aliisque rebus, quæ non redunduntur eadem sed eiusdem generis: nam de ceteris, Commodare usitatum est, quod etiam interdum de pecunia dicitur. Plaut. Alm. Viginti argenti minas commodare dixit. Et Cic. pro Cael. Mulier, quæ se aurum Caelio commodasse dicit.

II. Jubeo, cum imperare significat, ponitnr cum Infinito. Cicero pro Dejot. Iubeo te benè sperare: vel infinitum intelligitur: Plaut. in Aulul. Aut si respexeris? donec ego te iussero: Intelligitur, respicere. Alioqui casum personæ non habet sed rei: Cicero de Leg. Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Jubeo cum Datio & particula Ne, dixit Cœf. d: Bell. Civ. Militivo & particula Ne, dixit Cœf. d: Bell. Civ. Militivo

## De Constructione.

tibus suis jussit, ne qui eorum violarentur: quod mirandum potius, quam imitandum videtur. Cum autem decernere, statuere, creare significat, non solum Accusativum rei, sed etiam personæ Phil. I. admittit: Cic. pro Corn. Populus Rom. legem jussit de Civitate tuenda. Idem in Ant. Cum primùm Cæsar ostendisset se Dolabellam Consulem esse iusserum, id est, creaturum.

## QUARTUS ORDO ACTI- VORUM.

Geminus Accusativus post Verbum.

Q Lib. I. uædam Verba Activa, post se duas Accusandi casus admittunt: Cic. Treb. Silii causam te docui.

Dœcq ces cui etum Lehren.

Cum Compositis.

Moneo nes nui nitum Ermahnien.

Cum Compositis.

Flagito tas avi atum Hefstig begehren/  
oder fordern.

Posco scis poposci Fordern.

Reposco scis repoposci Widerfordern.

Rogo gas gavi gatum Bitten.

Interrogo gas gavi gatum. Fragen.

Celo las lavi latum Verborgen halten

## APPENDICES I. GENERIS.

I. Dicimus etiam Moneo, Admoneo, Commo-

moneo, Doceo, Edoceo, Erudio te de hac re;  
*id est*, Commonefacio, certiorem facio. Cicero Lib. 11  
*Att. Extremum est*, ut te orem? cum Camillo com-  
 munices, ut Terentiam moneatis de testamento.  
*Idem de Orat.* *Vt de sua quisque re me ipse doceat.*  
 Interrogo, Celo, eandem præpositionem ad- Lib. 2.  
 mittunt: Cic. Treb. Bassus noster me de hoc libro  
 celavit. Celo etiam Dativo gaudet, maximè  
 voce passivâ. Terent. Phorm. si hoc celetur patri Li. 7.  
 in metu sum.

## APPENDICES II. GENERIS.

I. Verbo Commoneo non ausim geminum Accusativum dare, sed Accusativum cum Genitivo, vel Ablativo, ut suprà dictum est.  
 II. Erudio, Instituo, Informo, Instruo, Imbuo :  
 quamvis sint verba docendi, non tamen gemi-  
 nūm Accusativum habent, sed Ablativum  
 cum Accusativo. Cic. Lent. *Lentulum nostrum*, Lib. 1.  
*cum ceteris artibus, quibus studiisti semper ipse,*  
*cum imprimis imitatione tui fac eracias.* *Idem*  
*pro Dejot.* *Quibus ille studiis ab ineunte aetate se*  
*imbuerat.*

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Peto, cum duobus Accusativis nondum  
 quod meminerim, apud veteres inveni: nam  
 quod Plinius: *Pete re iura Cordubam dixit, figu-*  
*ratum est, ut etiam Petere in Indos, pro ab In-*  
*dis, lib. 12. c. 7.* Lib. 3.  
 II. Prisci dicebant: *Exigor pecunias, portorium:*  
 Unde

## De Constructione.

Unde videntur etiam dixisse : *Exigo te pecunias portorium* : quæ seculum eruditius rejecit. *Vide Gell. lib. 15. cap. 14.*

III. Erudio, apud Poetas duos Accusativos ad-  
Theb. mittit : *Stat. Et quæ te leges præceptaque fortia  
Li. 20. belli Erudiit Genitrix* ; nimium didicisse queretur  
Sic Ovidius aliquoties.

## QUINTUS ORDO ACTI- VORUM.

*Ablativus præter Accusativum.*

**Q**Uædam Verba Activa Ablativum, præter Accusativum sibi adsciscunt. Ea ferè sunt vestiendi, implendi, onerandi, liberandi, & Lib. 2. his contraria, multa præterea privandi, Cicero de Lib. 3. Nat. Deor. Oculos natura membranis tenuissimis vestivit, & sepst : Ibidem. Diligentibus urbem religione, quam ipsis mænibus cingitis.

## VESTIENDI ET CONTRA- RIA.

<i>Induo</i>	<i>uis</i>	<i>ui</i>	<i>utum</i>	Anziehen.
<i>Vestio</i>	<i>is</i>	<i>ivi</i>	<i>itum</i>	Klaiden.
<i>Sterno</i>	<i>is</i>	<i>stravi</i>	<i>stratum</i>	Bedecken
<i>Spolio</i>	<i>as</i>	<i>avi</i>	<i>atum</i>	Berauben
<i>Exuo</i>	<i>is</i>	<i>ui</i>	<i>utum</i>	Außziehen
<i>Nudo</i>	<i>das</i>	<i>avi</i>	<i>atum</i>	Entblößen.
				<i>Calceo</i>

# Verbi Activi.

5

Calceo	as	avi	atum	Schuh / Strimpff / sc. anziehen.
Cingo	gis	xi	ctum	Gürten.
Conveftio, Amicio, Orno, Tego.				

## IMPLENDI ET CONTRA- RIA.

Impleo	es	evi	etum	Erfüllen.
Compleo	es	evi	etum	)

*Cum ceteris compositis.*

Satio	as	avi	atum	Sättigen.
Saturo	as	avi	atum	)
Farcio	cis	farsi	fartum	Fast oder sehr anfüllen.
Refercio, Cumulo, Augeo, Exaurio.				

## ONERANDI ET CONTRA- RIA.

Obruo	is	ui	utum	Überschütten.
Onero	ras	avi	atum	Beladen.
Premo	mis	essi	essum	Trucken.
Opprimo	mis	essi	essum	Untertrucken.
Levo	vas	avi	atum	Erringern.
Exonero	ras	avi	atum	Entladen.

## LIBERANDI ET CONTRA- RIA.

Libero	as	avi	atum	Frey machen
				<u>Salvo</u>

## De Constructione.

Solvo	vis	vi	lutum	{	Aufflösen.
Exsolvo	vis	vi	lutum		
Expedio	dis	ivi	itum		
Alligo, Obligo, Astringo, Impedio, Implico, Illaqueo.					

## P R I V A N D I.

Privo	as	avi	atum	Berauben
Affineo	es	si	tentum	Enthalten.
Fraudo	as	avi	atum	Entziehen.
Prohibeo	es	bui	itum	Verhindern/nit lassen herzu kommen.

Lib. 3. Pello, Abdico, Viduo, Orbo, Evertō, ut,  
Cic. in Verr. Ne per summam injuriam pupillum  
Inniūm fortunis patris conetur evertēre.

## LIB. 8. APPENDICES II. GENERIS.

I. Impleo etiam Genitivum admittit. Cicero ad  
Pætum. Ollam denariorum implere, sed Ablati-  
vus usitator est.

II. Compleo apud Plautum cum Genitivo re-  
peritur in Menechmo. Parasitus, qui me comple-  
vit flagitii, & formidinis.

III. Dono, Impertio, Alpergo, Dativum, vel  
Ablativum sine præpositione habent: Cic. pro  
Sext. Rosc. Non paucā suis adjutorib⁹ largè, effu-  
sē dōnabat. Idem pro Cornelio. Eum Pompeius  
civitate donavit. Inspergo huc potest accedere.  
Item Intercludo, & aliquando Exao.

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Impleo interdum Ablativum habet cum præpositione DE, Cir. Acad. De quibus volumina Lib. 4, impleta sunt.

II. Verba vestiendi nondum, quod meminem, legi apud Veteres cum duobus Accusatibus juncta voce Activo. Passiva quidem apud Historicos & Poetas reperiuntur. Curt. Itaque Li. 14. revocatus, vestem patris eam ipsam, quæ in sella erat, induitur. Virg. Deinde comantem Androgei En. c. galeam, clypeiq; insigne decorum induitur. Verum Cic. Verbo Induo, & Exuo voce Activa, unum Accusativum tribuit. Cic. Att. Quare te Li. 14, laria induamus. Idem pro Lig. Nonne. omnem Lib. 7. humanitatem exuisses? Voce autem passiva Ablativum. Ad Att. Vir indutus muliebri vestitu. Lib. 2. Tusc. Mens exuta vitiis. Aliquando etiam Dativus additur. De Fin. Ex ejus poliis sibi & torquem & cognomen induit. Ovid. Iam dudum vincula Lib. 2. pugnat Exuere ipse sibi. Lib. 2.

SEXTUS ORDO ACTI-  
VORUM.

Ablativus cum Præpositione, A. vel ab, præter Accusativum.

**Q**Uædam Verba Activa, præter Accusativum Ablativum, cum præpositione, A vel ab, postulant. Ea serè sunt petendi, per-  
con-

## De Constructione.

contandi, auferendi, removendi, abstinendi, ac-  
Lib. 4. cipiendi : Cic, Figulo. Quid acta vita, quid studia  
Lib. 2. tua a te flagitent, videbis. De Orat. Quo facilius  
id ad te exigam, quod peto, nihil tibi a me postu-  
lanti recusabo. In Verr. Nihil est, quod minus fe-  
Lib. 7. rendum sit, quam rationem ab altero vita reposce-  
re eum, qui non possit sua reddere.

## P E T E N D I E T P E R C O N- T A N D I.

Peto tis tivi titum Bitten.  
vel petii.

Posco scis poposci Fordern  
Reposco scis repoposci Widerfordern  
Flagito tas tavi tatun } Hestig bitten  
Efflagito tas tavi tatun }  
Postulo, Contendo, Exigo, Quero.

## A U F E R E N D I.

Aufero fers abstuli ablatum Hinwecknemmen  
Abduco cis xi etum Hinweckfuhrn.  
Abstraho his xi etum Hinweckziechen.  
Abalieno nas navi natum Entfremden  
Avello is ulsi vulsum Hinweckr eissen.  
Abrado, Avoco, Eripio, Abripio, Surripio,

## R E M O V E N D I.

Removeo es vi otum Absondern.

Deter-

Deterreo es rui itum	Abschrecken.
Absierreo es rui ritum	
Arceo es cui	
Repello lis uli ulsum	Hinweg treiben
Amoveo, Averto.	

## ABSTINEND I.

Abstineo es ni entum	Enthalten.
Contineo es ni entum	Innehalten
Refreno nas avi atum	In Zaum halten

## ACCIPIENDI.

Accipio cipis cepi ceptum	Nemmen.
Audio dis divi ditum	Hören.
Emo mis emi emptum	Kauffen.
Conduco Sumo, Reporto, Fero, Colligo.	

## APPENDICES I. GENERIS.

Intelligendi verba, ut Intelligo, Cognosco,  
 Agnosco, Conijcio, Disco, Præpositionem  
 Ex, recipiunt. Cic. Calio. Ea certissima putabo,  
 quæ ex te cognoro: Quæ interdum imitantur & Lib. 2.  
 alia: Vatin. Cic. Quero illud etiam ex te. Cic. de Ep fa-  
 Senect. Poma ex arboribus si cruda sunt, vi avel mil-  
 luntur: si matura & cocta, decidunt. Maximè Lib. 5.  
 quæ ex Præpositione Ex, componuntur, ut  
 Expello, Eijcio, Eripio. Cic. pro Mil, Ex urbe  
 expelli, exterminari, ejici.

## De Constructione.

### APPENDICES II. GENERIS.

Li. 1. Quædam modò Dativum, modò Ablativum cum præpositione habent, præter Accusativum: ut Surripio, Eripio, aufero, Cic. pro Dom. Clodius pecunias consulares à Senatu abstulit. In Verr. Id tu mihi eripiuit atque abstulisti.

### APPENDICES III. GENERIS.

I. Verba petendi, percontandi, quanquam nonnulla duos Accusativos admittunt, ut supra diximus: tamen non statim existimabimus si quæ verba præter proprium Accusativum admittant hos, Hoc, Illud, Istud, Id, Idem, Quid, Quod, Aliquid, Nihil, Multa, Unum, atque cæteros id genus, posse etiam quovis alios addmittere; nam his multò liberiùs, quam cæteris, veteres utuntur. Ter. Heaut. Ego domi ero, si quid me voles, Cic. Att. Non quo me aliquid jubar posse. Teren. Eun. Id amabo, adiuva me. Cic. Or. 1. Att. Nec te id consulo. Idem in Catil. Sin tu, quod jam dudum te hortor, exieris.

Lib. 2. II. Oro, Exoro, Obscro, post Accusativum personæ, ferè substantivum postulant. Cic. de Or. Frater exoravit me ipsum, ut huc secum venirem.

III. Quædam verba hujus Ordinis præpositiōnem De admittunt. Cic. pro Corn. Audivi hoc de Patre meo puer; ita, Emere de Sylla.

DE

�॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑अ॒अ॑অু অু অু

## DE CONSTRVCTIONE VERBI PASSIVI.

**V**erbum passivum est, quod syllaba OR. finitum, Activum fit R. littera abjecta : ut *Amor amo.*

Verbum Passivum, Ablativum cum Præpositione A vel Ab postulat post se, qui ex Nominativo verbi Activi fit: ante se vero Nominativum, qui ex Accusativo fit. Cic. ad Cæcili. *Liber tuus lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissime.* Quare cum Activis Passivis permutantur, Accusativus in Nominativum migrat: Nominativus in Ablativum cum præpositione A vel Ab ut *Legi Librum tuum.* *Liber tuus lectus est à me:* cæteri casus integri manent.

### PRIMI ORDINIS.

<i>Amor</i>	<i>aris</i>	<i>atus</i>	<i>sum</i>	I	<i>Geliebt werden.</i>
<i>Diligor</i>	<i>geris</i>	<i>eclitus</i>	<i>sum</i>	I	<i>den.</i>
<i>Legor</i>	<i>geris</i>	<i>eclitus</i>	<i>sum</i>	<i>Gesehen werden</i>	

### SECUNDI ORDINIS.

<i>Accusor</i>	<i>aris</i>	<i>atus</i>	<i>sum</i>	<i>Angeklagt werden.</i>
<i>Absolvor</i>	<i>eris</i>	<i>latus sum</i>		<i>Erlöst werden.</i>
				<i>Cic. pro Clu. Maiestatis absoluti sunt multi.</i>
<i>Damnor</i>	<i>aris</i>	<i>atus</i>	<i>sum</i>	<i>Berdammert werden.</i>

## De Constructione.

### TERTII ORDINIS.

Tribuor eris utus sum Gegeben werden.  
Concedor eris essus sum Zu elassen werden  
Adhibeor eris bitus sum Zu etwas genommen werden.

Cic. ad Oct. Nulla remedia, qua vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam qua sunt salutaria.

### QUARTI ORDINIS.

Doceor eris etus sum Gelehrt werden  
Moneor eris nitus sum Ermahnt werden.  
Flagitor aris atus sum Hefstig gebetten werden.

Hic, ubi verbum geminum Accusativum postulat, mutatur in Nominativum, qui præstantior est, hoc est, qui personam significat, altero permanente: ut, Doceo Antonium litteras, Antonius docetur a me litteras.

### QVINTI ORDINIS.

Induor eris utus sum Angezogen werden  
Exnuor eris xutus sum Aufgezogen werden  
Privor aris atus sum Beraubt werden.

Cicero pro Rab. Post Demetruis aspide ad corpus admotâ, vitâ privatus est.

## SEXTI ORDINIS:

*Audior iris ditus sum* Gehört werden.

*Quæror reris situs sum* Gesucht werden

*Emor eris emptus sum* Gekauft werden

Cum Verbum post Accusativum admittit Ablativum personæ, si Activa passivis permittentur, perturbatur sensus; ut, *Aufero à te vestem.* *Vestis auferitur a me, à te.* *Accipio à te litteras;* *Litteræ accipiuntur à me, à te.* Ideò faciendum est, ut ambiguitas auferatur sic: *Vestis auferitur a me tibi.* *Litteræ tibi accipiuntur à me.*

## APPENDICES II. GENERIS.

Verba passiva nonnunquam dandi calum, pro auferendi, more Græcorum admittunt. Cic. de Cl. Orat. *Auditus est nobis Lælii Caij filii sapè sermo.* Idque ferme apud Poetas: Ovidius de Pont. *Quum toties eadem dicam, vix audior ulli.* Interdum Acusativum addita præpositione Per Cic. Att. Id asequetur, si per Prætores, Consules creantur.

DE CONSTRUCTIONE  
VERBI NEUTRI.

**V**erbum Neutrum est, quod in U, M, vel O litteris finitum, ex le passivum personale non gignit: ut *Sun, sto, servio:* neque enim dicitur, *Stor, aut servior.*

## De Constructione.

### PRIMUS ORDO NEUTRORUM.

*Utrinque nominandi casus.*

**O**MNE VERBUM NEUTRUM, PRÆSERTIM VERO SUBSTANTIVUM, UTRINQUE NOMINATIVUM HABERE POTESIT, CUM UTRUMQUE NOMEN AD EANDEM REM PERTINET. *Ter. Phorm. Se-neclus ipsa est morbus. Cic. Att.* Ego vivo miserimus.

Sum es fui	Gehn.
Vivo vis xi etum	Leben.
Venio nis ni ntum	Kommen.

### APPENDICES I. GENERIS.

I. NON SOLUM VERBA NEUTRA, SED OMNE VERBUM PERSONALE FINITI MODI, UTRINQUE NOMINATIVUM HABERE POTESIT, CUM UTRUMQUE NOMEN AD EANDEM REM PERTINET. *Cic. de Off. Liber qui inscribitur Lalinus. Idem pro Cor. Audiri hoc de parente meo puer.*

II. HUC PRÆLERTIM PERTINET VERBA, QUÆ VOCATIVA APPELLANTUR, CUJUSMODI SUNT APPELLOR, VOCOR, NUNCUPOR, NOMINOR, DICOR, & SI QUÆ SUNT GENERIS EJUSDEM: *ut Feror, pro Dicor, Videor, &c. Cic. de Orat. Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes & haberentur, & vocarentur.*

III. *Virg. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam, post habit a coluisse Samo, hoc est, dicitur.*

### APPENDICES II. GENERIS.

I. SI DUOILLA NOMINA NON SUNT EJUSDEM NUMERI,

meri, aut personæ, Verbum concordat cum eo Nomine, quod est basis, & quasi fundamen- Lib. 9.  
tum orationis. Sanguis erant lacrymae. Plin. No- Li. 33.  
te argenti fuere bigæ atque quadrigæ.

II. Etiam verbum personale infiniti modi, post se Nominativum petit, cùm res ad Nominativum præcedentis verbi pertinet. Cic. de Nat. Lib. 1.  
Deor. Nolo esse longior. Terent. Adelp. Meditor es-  
se affabilis. Quod frequentissimum est in Ver- Lib. 5.  
bo Videor. Cic. de clar. Or, Videor jam te ausu-  
rus esse appellare. De Fin. Hostiliam dico, non hanc  
novam, quæ mihi minor esse videtur, post eamquam  
est major. Verbum enim videor ferè post se  
Nominativum, sive addatur, sive omittatur  
infinitum, postulat, ejusdem numeri & perso-  
næ, neque enim dicimus: Mibi videtur me spera-  
re. Tibi videtur te posse consequi. Mibi videtur  
hanc esse repugnantiam: Sed ut Cic. de Am. Quo  
in genere sperare videor. Idem Tironi. Si videris  
tibi me posse consequi. Off. Induxit, eam quæ vide-  
retur esse, non quæ esset, repugnantiam. Interdum  
tamen imperionaliter usurpatur. De Sen. Nunc  
autem mihi visum est de senectute aliquid ad te  
scribere. Quod tamen accidit, cùm non tam o-  
pinio, aut sententia, quam voluntas, & induc-  
cio animi significatur, ac ferè pro Placuit, poni-  
tur. Visum est ad te scribere. hoc est, Mihi placuit ad  
te scribere. Aut cum nullo pacto Nominativo  
locus esse potest: ut mihi videtur Deo servien-  
dus.

## De Constru<sup>c</sup>ione.

III. Si Verba Puto, Aio, Refero, & alia eiusdem  
Lib. 9. significationis infinitum præcedant, durior ef-  
ficitur oratio. *Lut. Tutumque putavit, jam bo-*  
Li. 13 *nus esse jocer.* Cœtul. *Ait fuisse navium ce-*  
*lerrimus.* Ovid. Met. *Sed enim quia retu-*  
*lit Ajax esse Jovis pronepos.* Orator di-  
xisset, *Se bonum esse jocerum, & cæte-*  
ra eodem modo.

IV. Si Accusativus antecessit, & sequatur  
Or. 1. Lib. 3. necesse est. Cic. in Cat. *Cupio me esse de-*  
*mentem.* Curtius enim dixit: *Octoginta talen-*  
*ta constituit daturum, pro se daturum;* Quod  
non videtur à Tironibus imitandum.

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Infinitum esse antecedente Verbo, Licet,  
dandi vel acculandi casum post se, postulat.

Lib. 1. Cic. Tusc. *licuit esse otiojo Themistocli,* licuit  
*Epaminondæ.* Pro Flacco *Cur his per te frui*  
*liberiate, cur denique esse liberos non liceat*

II. Infinitum esse cum cæteris verbis, quæ  
Dativo gaudent; ferè Accusativum habet.

Ter. Heauton. *Expedit bonos esse nobis.*

Lib. 11. Quintil. tamen dixit: *Cui esse diserto vacet Va-*

Lib. 5. ierius. *Sibi postea, & civi & duci evadere*

Lib. 3. contigit, & alibi. *Sylla chlamydato sibi, &*

Lib. 8. crepidato, Neapoli ambulare, deforme non  
duxit. Ovid. Met. *Vobis immunibus hu-*

*iis esse malidatur.* Horatius ad Pison. Me-

diocribus esse Poetis, Non homines, non Dii,  
non concessere columnæ.

## SECUNDUS ORDO NEUTRO- RUM.

*Genitivus post Verbum.*

**Q**uædam Verba Neutra post se Genitivum petunt. Cic. ad. Cal, Jam me Pompeij totum esse scis. Terent. Heaut. Glinia rerum suarum satagit.

Sum, es, fui, cùm possessionem significat.

Satago gis	Sich bemühen.
------------	---------------

Memini nisi	Ingedenck seyn
-------------	----------------

Egeo ges qui	Bedürffen
--------------	-----------

Indigeo ges qui	
-----------------	--

Cicer. Att. Egeo consili. In Ant. Hoc Belum indiget celeritatis.

## APPENDIX I. GENERIS.

Memini pro Recordor, tum Genitivum, tum Accusativum postulat. Cic. de Sen. Omnia, que curant Jenes, meminerunt. Terent. Eu-nuch. Faciam ut mei semper memineris. Pro mentionem facio cum Genitivo, vel Ablativo & præpositione De, jungitur. Quint. Neque omnino huins rei meminit usquam Poeta. idem ibidem. De quibus multi meminerunt.

## De Constructione.

### TERTIUS ORDO NEUTRORUM.

*Dativus post Verbum.*

**Q**uædam Verba Neutra, post se dandi casum postulant. Ea ferè auxilium, commodum, incommodum, favorem, studium significant. Dativo item adhæret Verbum Sum, cùm habere significat, & ejus composita. Multa præterea, quæ obsequium, obedientiam, submissionem, repugnantiam, significant. Multa denique composita ex Verbis Neutris, & Præpositionibus AD. CON. IN. Lib. 2 INTER, OB, PRÆ, SUB, Cic. in Verr. Homini jam perditō & collum in laqueum inserenti subvenisti.

### AUXILIANDI.

Subvenio nis ni entum | Zu Hülff  
Succurro ris ri rsum | kommen

### COMMODANDI.

Consulo lis lui ltum | Fürsehen.  
Provideo des di sum |

Plaut.

Mostel. IN COMMODANDI  
Cor-Incommodo das davi datum Schaden.  
dolet Doleo les lui dolitum Schmerzen leyden  
mihi. FA-

## FAVENDI.

Paveo	ves	vi	fautum	Gönnen.	De Cla.
Studeo	des	dui		Gönstig seyn.	Or Tibi
				STUDENDI.	fave-
Studeo	des	dui		Obligen.	muste,
Vaco	cas	avi	atum		tua,&c

Secundo de Orat. Cum ita balbus esset Demosthenes ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemus planius eloquuntus putaretur.

COMPOSITA EX VERBO  
SUM.

Absum	abes	abfui	Abwesend	seyn.
Adsum	ades	adfui	Gegenwärtig	seyn.
Primo de leg.	Abe	st enim	Histeria	litteris nostris

## OBSEQUENDI.

In servio	is	vivi	vitum	Dienen.
Indulgeo	es	lfi	ltum	Machgeben
De Amic.	Sed obsequium	multò	molestius,	quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferre sinit.

## OBEDIENDI.

Obedio	is	ivi	itum	Gehorsamb
Ausculto	tas	avi	atum	seyn.
Pro Sext. Ros.	Mihi	ausulta	, vide,	&c.

SUB-

## De Constructione.

### SUBMITTENDI.

*Servio vis vivi vitum Dienen  
Cedo das cessi cessum Weichen*

*De Prov. Cons. Non parco dolori meo, non ira-  
eundia serviam.*

### REPUGNANDI.

*Obsto stas stiti stitum Widerspenig seyn  
Repugno as avi atum Widerstreben*

*Pro Mil. Miloni facinoris suspicio, non facti  
crimen obstat.*

### COMPOSITA EX PRÆPOSITIONI- NIBUS.

*Affurgo gis rexì rectum Aufstehen  
Impendo des pendì pensum Machend seyn.*

*In Pison. Nemo tibi in curiam venienti am-  
plius assurrexit.*

### APPENDICES II. GENERIS.

I. Sunt multa verba, quæ locis communibus  
comprehendi minimè possunt, neque ij loci,  
quibus usi sumus, placent: nam verba quam  
plurima necessariò sunt excipienda, si rem dili-  
gentius inspicias. Ideo vñlū est non inutile Neu-  
tra, quæ Dativū admittunt litterarum ordine re-  
censere; non ut memoriae à pueris mandentur,  
sed

sed ut ciebrius legantur, ut *Absum, Acclamo, Accumbo, Accubo, Accresco, Accedo tibi, & tua sententia*, id est, *assentior, Accedit hoc meis malis, pro additur; Acquiesco, Adsum, Adhereo, Adheresco, Allaboro, Adequito. Adno, Adnato, Affulgeo, Antecedo, Antecello, Anteo, Antestio, Appareo, Applando, Appropinquuo, Arrideo, Assillo, Assideo, Assuesco, Assurgo, Assevero, Ausculto, pro Obedio. Benecipio, Benedico, Benefacio, Benigne facio, Benevolo. Caveo, Consulo, pro Prospicio; Confi do, Consentio, Consuesco, Commodo, pro Prosum, Cedo, pro locum do Detraho. Despero, Deservio, Desum, Deficio, Displianceo, Dissentio, Diffido. Excello, Fido, Favio. Haeteo, Illudo, Indulgeo, insum, insulto, inbio, incumbo, pro innitor; inservio, insurro, insisto, ignosco, illacrimo, incommmodo, indormio, incubo, illuceo, impono, pro Decipio, Impendeo, immineo, inhereo, ingemisco, in video, inno, insisto, insuesco, insideo, intervenio, interiaceo, intersum, intercedo, id est, oppono me, & impedio; interdico, pro repugno, Maledico, Malevolo, Malefacio, Metuo amicè: ut tibi. Metuo, hoc est, ne aliquod tibi eveniat incommodum, Nubo, Noceo. Obedio, Obequito. Obscundo, Obsum, obtempero, obsto, obfisto, obtrecto, obrepo, occurro, occurso, officio, placeo, parco, pareo, praesto, presum, precurro, praeo, prae cello, praeuceo. Praideo, provideo, prospiceo, tibi, id est, Consulo tibi: preficio, prosun proximo, Recipio tibi, id est, promitto, Renuntio, id est*

## De Constructione.

est abstineo, & alieno me: Reclamo, Repugno, Resisto, Respondeo, pro Satisfacio. Subjaceo. Suc-  
curo, succedo, Succresco, Succlamo, Suboleo, Sub-  
repo, Succumbo, Subsum, Subservio, Subscribo,  
id est, assentior, Sufficio, id est, par sum, Ser-  
vio, Supersum, Satisfacio, Studeo, Supplico. Tineo  
amicè; Tempero, pro abstineo, Vaco, id est, ope-  
ram do.

- Lib. 6. II. Sum, modò Dativum unum habet. Cic.  
Att. Sed nuntiant melius esse ei. Modò duos.  
Lib. 3. Idem Att. Respondebo primum postrema tuæ pagi-  
na, qua mihi magna molestia fuit.

- III. Incumbo, cùm ad studium refertur, Ac-  
cusativum cùm præpositione IN, vel AD, po-  
stulat. Cic. de Orat. Quamobrem pergit, ut fa-  
Lib. 2. citis adolescentes, atque in id studium, in quo estis.  
incumbite. Ad Planc. Mi. Plance, incumbe toto  
pectore ad laudem.

- IV. Consulere alicui, non est Consilium dare è  
Or. 4. sed prospicere. Cic. in Cat. Consulite vobis, pro-  
spicite patriæ. Consulere aliquem, est Consilium  
Li. 14. ab aliquo petere. Cic. in Verr. Nunc. ego iudices,  
jam vos consul, quid mihi faciendum putetis.

## APPENDICES II. GENERIS.

- I. Antecedo Anteēo, Anteſto, Antevertō, Ate-  
tendo, Præsto, Præcurro, Præeo, Illudo, dan-  
di vel accusandi casum admittunt. Cicero de Fin-  
Lib. 4. Virtus tantum præstat ceteris rebus, ut dici vix  
Bell. possit. Liu. Robore navium, & virtute militum  
Maced Romani Rhodios præstabant.

II. Interdico singulare est , nam præter Dativum Ablativum habet. Cæsar in Bell. Gall. Lib. 3. Ariovistus omni Gallia Romanis interdixit. Item Bell. Accusativum : Liv. Faminis duntaxat usum Mac. 4. Purpuræ interdicimus.

III. Quædam præterea Dativum simul, & Accusativum admittunt : ut Metuo tibi calamitatem : In video tibi laudem. Cic. Tusc. Ut nobis o- Lib. 3. ptimam naturam invidisse videantur. Auct. ad Lib. 1. Herenn. Ab inimicis sibi periculum metuebat.

### APPENDICES III. GENERIS.

I. Vaco , id est : operam do , rariùs usurpandum videtur : nam vacare apud elegantes scriptores ferè est vacuum esse : & Ablativo jungitur. Cic. de Off. Nulla vitæ pars vacare officio potest. Lib. 5. Nam locus ille ex tertio de Orat. Athenis jam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit , Domicilium tantum in ea urbe remanet studiorum , quibus vacant cives , peregrini fruuntur , à nobis est. Quibus enim , ut locus ipse declarat , Ablativus est : & Vacat , vacuum esse significat. Primo autem de Divin. Ego verò Philosophia , Quinte , semper vaco. Philosophiae est Dativus communis , atque ita dixit : Philosophia causa vacans sum : quod verbaquæ proximè antecedunt , indicant Ita tamen si vacas animo , neque habes aliquid , quod huic sermoni prævertendum putas.

II. Despero cum Accusativo jungitur , Cæs.  
Despe-

## De Constructione.

Bell. Desperare fugam : Et cum Dativo : Cicero in Pi-  
Gal. I. sonem. Quidquid tu totius diffidens , ac desperans  
rebus tuis. Allatro, Præcedo, Antevenio, Deficio  
frequentissimè cùm Accusativo junguntur: ra-  
rò cum Dativo. Insulto frequenter Dativo jun-  
gitur ; rariùs Accusativo. Nubo non solum  
Dativum , sed etiam Ablativum cùm Præpo-  
sitione , Cùm , postulat : Cic. Caton. Quo cùm  
Lib. 15 esset nupta regis Armeniorum soror.

III. Sunt præter ea , quæ suprà elementorum  
ordine numeravimus , & alia ferè Poetica, Ad-  
vigilo, Adfremo, Bello, Certo, Contendō ,  
Concurro, Colludo, Constrepo, Diffideo, In-  
surgo, Invigilo, Insideo, Lateo, Indoleo, In-  
murmuro, Inserpo, Intercurro, Occumbo ne-  
ci, morti : Obambulo, Obmutmuro, Resilio,  
Lib. 8. Pugno, Remutmuro : Plin. ad Rom. Certo ,  
more Poetarum cùm Dativo junxit, in deicti-  
Eclog. ptione cujusdam fontis. Rigor , inquit , aquæ  
5. certaverit nivibus , neque color cedit. Virg. Buc.  
Montibus in nostris solus tibi certet Amynthas.

## QUARTUS ORDO NEU- TRORUM.

Accusativus post Verbum.

**Q**uædam Verba Neutra post se Accusativum  
postulant, Ea ferè ad res mutas pertinent,  
ut, *Are terram* : Velsunt ea verba , qui-  
bus

bus res verbi additur, ut *Vivo vitam*: aut mensuram, ut *Curro stadium*. Alia præterea verba  
huc revocantur. Terent. *Adelph.* Ego illius sensum pulchrè calleo.

## QUÆ AD MUTAS PERTINENT

Aro	as	avi	atum	Ackern.
Planto	as	avi	atum	Pflanzen.
Rigo	as	avi	atum	Wassern.
Poto	as	avi	atum	Tränken.
Sero	ris	sevi	satum	Säen.
<i>Pastino, Occo, Ablaquo, Vindemio, Meto.</i>				

## VERBA, QUIBUS RES VERBI AD- DITUR.

Vivo	vis	xi	dum	Leben.
Pugno	as	avi	atum	Streitten
Curro	ris	encurri	cursum	Lauffen.
Servio	vis	vivi	vitum	Dienen

## ALIA VERBA.

Exhalo	as	avi	atum	Dampff von sich lassen.
Erubesco	is	bui		Schamroth werden
Crepo	is	ni	itum	Plazzen.
Calleo	les	lni		Erfahren seyn.

## De Constructione.<sup>1</sup>

Doleo, borro, in eo, inclino, maneo,  
mæco, obstupescio, roro, sono, studio, stupescio,  
capi, memisi.

## QUINTUS ORDO NEUTRO- RUM.

### Ablativus post Verbum.

**Q**uædam Verba Nœtra, post se Ablati-  
vum petunt. Ejusmodi est SUM cùm lau-  
dem vel vituperationem significat : &  
nonnulla alia : Cicero Lentul. Tu fac animo  
forti, magnoque sis : & ad Q. Fratrem. In-  
credibile est mihi frater, quā me eam tem-  
pore.

Gaudeo	des visus sum	Sich erfreuen
Doleo	les lui litum Schmerzen leyden	
Mareo	res sua sum Tranquill se in	
Egeo	ges gui ] Bedürftig seyn	
Indigeo	ges gui ]	
Censo	es rui ] Nicht haben	
Vaco	as ]	
Victito	tes avi aum Sich auffenthalt-	
		ten

Plaut. Most. Vicitabam parsimonia, &  
duritia.

Vivo	vis xi etum	Leben
Smoresdeo	des edi ellum	Sich enthalten
Mano	nas avi atum	] Quellen / vnd
Fluo	fuis xi xum	] siessen

De Div. I. Quid? quod fluvius atratus sanguine fluxit.

Laboro ac avi atum Syden

Cesar. lib. Bell. Civil. Maxime re frumentaria laborant.

Affluo, Diffloo, Circumfluo, Valeo, possum  
Consto Sto pro obtemperare. Cicero pro Client  
Et si uterque Censor Consoris opinione, standum  
putavit. Redundo, Scatoe.

### APPENDICES I. GENERIS.

I. Sum interdum Genitivum habet, etiam cum laus, vel vituperatio significatur. Cic. pro Seect.  
Nimium me timidum, nullus enim, nullus consilii fuisse confiteor.

II. Egeo, indigeo, etiam casum interrogandi admittunt, ut supradiximus.

### APPENDICES II. GENERIS.

I. Neutra lepe Ablativum admittunt, significantem partem. Cic. de Orat. In me ipso sapissime experior, ut ex albescam in principio dicendi, & tota mente, atque omnibus artibus contremissa,

II. Hoc genere loquendi frequentius utuntur Poetæ, qui Ablativum etiam in Accusativum mutare conlueverunt. Hor. Epist. Animaque & corpore torpet. Idem Satyr. Tremis ossa pavore.

## De Constructione.

### APPENDICES III. GENERIS.

I. In Verbo *Sum* non semper, quæ Ablativo effeuntur, Genitivo efferi possunt, cujusmodi ea sunt. *Animo bono, virili, praesenti, vacuo esse.* Item illa. Capite, superciliis, semper est rarus. *Mira sum alacritate ad littigandum, &c.* Alia contrà Genitivo potius, quam Ablativo effeuntur. *Ter. And. Nullius consilii sum. Suezon. in Aug. Gibi minimi erat, ac ferè vulgaris.*

II. Consto, & labore frequentissime præpositionem *Ex* admittunt. Cicero Tuscul. Cum contemus ex animo & corpore: quo modò ferè loquitur Cicero: *Laborare ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus, ex invidia.* Tulliana sunt.

III. Pendere animis numero multitudinis dixit Cicero Tuscul. Quod si expectando, & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. Cum verò singulari numero utimur, Genitivo locus est. *idem de Leg. Ego animi pendere soleo.*

### SEXTUS ORDO NEUTRORUM.

Ablativus cum præpositione post Verbū.

Q Uædam verba Neutra, ut passionem significant, ita passivorum more construuntur. Quint. Rogatus, an ab eo fustibus vapulas-  
set

*set. idem Fabritius respondit, à cive jespōliari male, quām ab hoste venire.*

*Vapulo las lavi latum Geschlagen werden  
Veneo nis nii venum Verkauft werden.*

*Fio sis factus sum Werden.*

### APPENDICES I. GENERIS.

I. *Fio eleganter cum Ablativo jungitur sine præpositione, sed alia significatione.* Terent.  
*And. Nunc primum audio, quid illo factum sit.*  
*ibidem: Quid me fiet?*

II. *Participium Futurus, eodem sensu, eundem casum postulat.* Ter. Heaut. *Quid me futurum censes?*

III. *Junguntur etiam cum Dativo.* Cic. in Ant.  
*Vide quo s̄o, Antoni, quid tibi futurum sit.* Plaut.  
*Bac. Quid mihi fiet postea?*

### APPENDICES II. GENERIS.

I. *Exulo & Liceo prætermisimus: quod nondum ea cum Ablativo personæ agentis legerimus.* Verbum facio eodem modo usurpatum à doctis: quo Fio. Cic. in Verr. *Quid hoc homine faciat?* idem pro Cacin. *Quid tu huic homini facias?*

De Constructione.



DE CONSTRUCTIONE  
VERBI COMMUNIS

**V**erbum Commune est, quod Or. syllabo-  
tantum finitum, Activi simul & Passivi  
significationem habet: quanquam pau-  
ca reperiantur hodie verba, quae præsenti tem-  
pore, ac Præterito imperfetto, in utramque  
partem dicantur. Participia præteriti tem-  
poris: & Verba, que inde nascuntur usitatio-  
ra iunt. Ea verò passiva significatione, pas-  
sivorum more sextum casum admittunt. *Liv.* O-  
mnis ora maritima ab Achais depopulata erat.  
Activa verò significatione, leges ferè Activo-  
rum sequuntur.

*Agredior eris ensus sum Angreissen vnd ange-  
griffen werden*

*Cic. ad Nep. ex Orisc. lib. 8. Hoc restite-  
rat etiam, ut à te fictis aggrederer donis.*

*Dimetior iris ensus sum Messen vnd gemes-  
sen werden.*

*Cic. de Sen. A quo essent illa dimensa, &  
descripta*

*Hortor aris atus sum Vermahnen / vnd er-  
mahnt werden*

*Varro apud Prisc. Ab amicis hortaretur.*

Depopular aris atum sum Berauben /  
vnd beraubt werden  
Exerior iris ortum sum Erf. heen / vnd  
prahirt werden.

Liv. lib. 24. Amicum ab ipso per tot  
casus expertum.

Aspernor aris atum sum Betrachten /  
vnd veracht werden

Cic. ad Nep. ex Prijc. Qui habet , uero  
appetitur : qui est pauper , a pernatur.

Medior aris atum sum Betrachten vnd be-  
trachtet werden

Terent. in Phor. Meditata justus ubi o-  
mnia mea incommoda.

Dignor aris atum sum Würdig schäzen  
vnd ge thast werden.

Cic. 2. de Invent. Observantia est , per  
quam homines aliqua dignitate anteceden-  
tes , culu quodam & honore dignantur.

### ADMONITIO.

Tirones , maximè præsenti tempore , &  
Imperfedo , à verbis communibus signifi-  
catione passivo : quoad ejus fieri poterit , ab-  
stinebunt . Participiis utantur licebit iis ,  
quæ à classicis auctoribus usurpata repere-  
rint.

De Constructione.



DE CONSTR VCTIONE  
VERBI DEPONENTIS.

**V**erbum Deponens est, quod Or. syllaba tantum finitum, Activi, vel Neutri significationem habet, ut Sequor, utor, me rior.

PRIMUS ORDO DEPONENTIUM.

*Genitivus post Verbum.*

**Q**uædam verba Deponentia post se Genitivum casum adsciscunt. Cic. Att. Qui misererere mei debent, non desinunt invidere.  
Misereor eris ertus sum Sich erbarmen.  
Obliviscor eris oblitus sum Vergessen.  
Recordor aris atus sum } Gedenken.  
Reminiscor eris }  
Potior tiris titus sum. Erlangen vnd  
genießen

APPENDICES I. GENERIS.

Obliviscor, Recordor, Reminiscor, etiam Accusativum postulant. Cic, in Ant. Omnia ob liscor, in gratiam redeo.

## APPENDIX II. GENERIS.

Misereor interdum dandi casum postulat. *Ser.*  
*Misereor tibi puer.*

SECUNDUS ORDO DEPO-  
NENTIUM.

*Dativus post Verbum.*

**Q**uædam Verba Deponentia post se Dati-  
vum exigunt, Ea ferè adulationem signi-  
flicant, eaque omnia, quæ Verba Neutra  
tertii ordinis. Cic. pro Sulla, Ego vero quibus or-  
namentis adversor tuis.

Adulor aris atus sum ] Helffen.

Affentor taris atus sum ]

Adnascor eris atus sum Anwachsen.

Advolvor eris latus sum Sich darzu werffen  
darzu fallen

Ancillor aris atus sum Dienien.

Affentior tiris ensus sum Zustimmen.

Auxilior aris atus sum Helffen.

Blandior diris ditus sum Schmaicheln.

Gratulor aris latus sum Sich erfreyen mit  
einem andern von  
wegen seiner Wol-  
fahrt

Gratificor caris catus sum Zu Dienst thun

Illacrymor maris atus sum Mitwainen.

## De Constructione.

Adstipulor, famulor, illabor, humorior, irascor, innitor, lenocinor, mordigeror, medicor, medeior, moderor, obiepuor, oborior, obmutor, obloquor, obrisjcor, obverior, patapor, patroci-nor, præstolor, reluctor, refragor.

## APPENDICES II. GENERIS

I. Præstolor, adulor, medicor, etiam Accusat-  
tivo junguntur. Ter. Ennich. Quum præstolore  
hic Parmena. Cicero in Pi on. Sine ulli spe i o con-  
sulari horrentem, tremantem alulanem, ma-  
nes videre te volui: vidi. Plaut. Mo. Ego istius  
lepidè medicabor spiritum.

A. Indignor cum Accusativo rei jungitur.  
Quint. Quidam indignantur imperia, quo-  
dam continet metus.

## APPENDICES III. GENERIS.

Multi Verbo Dominor, dandi calum tri-  
buunt: in locis tamen quæ afferuntur, calus  
non proprius, sed communis videtur. Itaque  
malim uti Ablativo, cum Præpositione In.  
quod frequentissimum est apud bonos aucto-  
res. Cicero pro Dacin. Denique nimia ista. que do-  
minatur in Civitate, potentia. Aut Accusat-  
tivo cum eadem præpositione. Idem de Senect.  
Seneculus honesta est, si usque ad extremum  
Spiritum dominatur in iuors.

TERTIUS ORDO DE-  
PONENTIUM.*accusativus post Verbum.*

**Q**uædam Verba Deponentia post se Accu-  
plandi casum postulant. Cic. Attic. Hi qui-  
dem mera sclera loquuntur.

*Abominor aris atus sum Ein Abscheuen ha-  
ben*

*Adipiscor eris eptus sum Erlangen*

*Adorior iris ortus sum Anfallen/antasten*

*Admiror aris atus sum Sich verwundern /*

*Admetior tiris mensus sum Messen*

*Emuler aris atus sum Enstern*

*Agredior eris ejus sum Anfallen / vnd an-  
tasten*

*Alloquor eris utus sum Anreden*

*Affequor eris utus sum Erraichen*

*Auguror aris atus sum Errathen*

Architector, aspernor, auspicor, Aucupor,  
averfor. Caluminor, comitor, Commentor,  
commereor, comminiscor, consolor, consequor  
contemplor, cohortor, confiteor, conspicor, con-  
queror, consecutor, contestor, contueor, conor,  
demereor, demoror, demolior, demetior, demiror  
de-

## De Constructione.

Deprecor, Depopulor, Depeculor, Decester, Dignor,  
Diffiteor, Dilargior, Dispertior. Emetior, Ementior  
Eloquor, Execror, Exequor, Exhortor, Exordior, Fa-  
teor, Fabulor, Fabricor, Feneror, Frustror. Fruor.  
Hortor. Helluor. laculor, imitor, imprecor, im-  
pertior, inficiar, insequeor, insector, intueor: La-  
mentor, loquor, lucror, ludificor. Machinor, me-  
ditor, mentior, mercor, mereor, metior, minor, mi-  
nutor, misereor, moderor, molior, moror, munenor,  
mutuor. Nancilcor, Nundinor, nutrior. Oblivi-  
scor, Obtestor, Ominor, Opinor, Operior, Ordior. Pa-  
tictor. pacifcor, partior, percontor, periclitior, hoc est  
Exterior prosequor, pigneror, polliceor, populor, pre-  
cor, prædor, præmeditor, præstolor, præstitor, prose-  
quor. Quæror. Rimor. recordor, reor, remoror.  
Scitor. sciscitor, scrutor, sequor, speculator, solor, suspi-  
cor. Testor. testifcor, tneor, tutor. Veneror. Vere-  
or, Ulciscor.

## QUARTUS ORDO DEPO- NENTIUM.

*Accusativus cum Dativo post Verbum.*

**Q**uædam Verba Deponentia, præter Accu-  
lativum, Dativum admittunt. Cic. in Ant.  
Gracia tendit dexteram italia, suumque ei,  
præsidium pollicetur.

Lar-

Largior	iris	itus	sum	Schenken.
Policeor	eris	itus	sum	Verhaissen.
Loquor	eris	catus	sum	Reden.
Minor	aris	atus	sum	J. Trohen.
Minitor	aris	atus	sum	J.
Admetior	iris	ensus	sum	Zumessen.
Remetior	iris	ensus	sum	Widermessen.
Affentior	iris	ensus	sum	Zustimmen.
Gratulor	aris	atus	um	Sich erfreuen
Gratiscor	aris	atus	um	Wilsfahren.
Furor	aris	atus	um	Stellen.

## APPENDICES I. GENERIS.

Furor etiam Ablativum cum præpositione,  
A vel Ab. recipit. Cic. Att. Si ego tuum ante legi-  
gissim furatum me abs te esse diceres.

QUINTUS ORDO DE-  
PONENTIUM.

Accusativus cum Ablativo post Verbum.  
Quædam Verba Deponentia, præter Ac-  
cūlativum, Ablativum sine præpositio-  
ne admittunt. Virgil. Hand equidem tali  
me dignor honore.

Dignor aris atus sum Würdig achten.  
Muneror aris atus sum Begaben.

Remm-

## De Constructione.

Renuncer *aris atus sum* Wider begaben  
Cicero Varr, lib. 9. Ut possem te renunciari quam simillimo munere.

Prosequor eris usus sum Erzaigen beweisen.  
Retertur ad animi affectionem: ut, Prosequor  
te amore, benevolentia, &c.

## SEXTUS ORDO DEPONENTIUM.

Ablativus causa prepositione: præter Accusativum  
post Verbium.

**Q**uedam Verba Dependentia præter Accusativum, Ablativum cum prepositione  
A. vel Ab postulant. Cicero pro Sulla:  
Quam multum hic vitam est à L. Sulla depre-  
catus.

Percontor *aris tatis sum* }  
Scitor *aris atus sum* } Fragen erforschen  
Sciscitor *aris atus suos* }  
Mercor *aris atus sum* Kaufmen  
Deprecor *ari atus sum* Abbitten

Cic. in Verr. Iam qui tot scelera commisit, is nullus à se calamitatem poterit deprecari.

## APPENDIX I. GENERIS.

Percontor, & Sciscitor, etiam Ablativum  
cum prepositione Ex. admittunt. Cic. de Nat.  
Deor. Epicuri ex Velleio sciscitabor sententias.

Idem

Idem de Clar Or. Cùm Theophrastus per-  
contaretur ex anicula, quanti illud ven-  
deret.

### SEPTIMUS ORDO DEPO- NENTIUM.

**Q**uidam Verba Deponentia post se Abla-  
tivum postulant. Cic. pro Sext. Rosc. Com-  
moda quibus utimur, lucemque qua  
fruiamur, spiritumque quem ducimus, à  
Deo nobis dari, atque impetriri videmus.

Vescor eris	Essen
Potior teris titus sum Erlangen	
Delector aris ratus sum Sich erlustigen.	
Fruor eris itus sum Gieniessen	
Glorior aris atus sum Sich rühmen	
Oblector taris atus sum Sich belustigen	
Lator taris at us sum Sich erfreyen	
Fungor geris functus sum Verwalten	

Reservatur ferè ad officium.

Defungor geris functus sum Außhyören / ver-	
	lassen
Abutor eris usus sum Mi brauchen	
Vtor eris usus sum Brauchen	

## De Constructione.

### APPENDIX I. GENERIS.

Potior etiam casum interrogandi, admittit,  
Lib. I. ut paulò ante diximus. Cicero Lent. Otium  
nobis exceptandum est, quod ii, qui potiun-  
tur rerum, præstaturi videntur.

### APPENDICES II. GENERIS.

I. Nitor, Glorior, præpositionem interdum  
admittunt. Cicero pro Milon. In ejus vita nititur  
falus civitatis.

II. Periclitor, cùm ad periculum, diſcri-  
menque refertur, Ablativum etiam postulat.  
Mart. Periclitatur capite Sosades noſter. Cùm ex-  
Lib. 6. periri significat, Accusativum petit. Cicero pro  
Quint. Omnia circumspexit Quintius, omnia  
periclitatus est.

### APPENDICES III. GENERIS.

I. Potior, Vescor, Fungor, non raro Accu-  
sativo adhærent. Ter. Adel, ille alter sine labore  
patria ponitur commoda. Cicero in Ant.  
Vincamus odium, pacemq; potiamur.

II. Item utor apud Priscos. Plaut. Casin. Cæ-  
tera quæ volumus uti, græca mercamur fide.

III. Abutor apud Comicos sæpè Accusati-  
vum habet. Ter. And. Nam in prologis scribu-  
dis opera abutitur.

DE CONSTRVCTIONE  
VERBI IMPERSONALIS.

**V**erbum Impersonale est, quod prima & secunda persona utriusque numeri, & ter-tia multitudinis ferè privatur: unde & nomen traxit, ut, *Pudet*, *Panitet*.

## PRIMUS ORDO IMPERSONALIUM.

**Q**uædam Verba Impersonalia absolutè po-nuntur. Cicero de Divin. Si fulserit, si tonue-rit.

Fulget bat lſit Scheinen/gližern.  
Tonat bat nuit Donnern  
Ningit ebat ninxit Schneyen  
Fulgurat bat avit Pližen  
Grandinat bat avit Hageln  
Pluit ebat pluit vel pluvit Regnen

## APPENDIX I. GENERIS.

His tamen interdum Nominativus addi-tur. Cic: in Or. Pericles ab Aristophane Poeta ful-gurare, tonare pentimescer e Graciam dicens est

## De Constructione

II. Pluit, Accusativum aut Ablativum non respuit. Liv. Sanguinem pluisse per biduum in area Concordiae satis credebant. id, Nunciatum est in monte Albano lapidibus pluisse.

## SECUNDVS ORDO INPERSONALIVM.

**Q**vædam Verba Impersonalia ante se Nominativum, vel aliquam orationis partem præsertim verò infinitum, loco Nominativi, postulant post se Genitivum, Cic. ad Q.

**Lib. 2. Fratr.** Hoc vehementer interest Reip. idem de Fin. Interest omnium rectè facere.

Est	erat	fuit	}	Zugehören.
Interest	erat	fuit		
Refert	bat	tulit		

## A?PENDICES I. GENERIS.

I. Interest, & Refert, hos Ablativos habent, Mea tua, sua, nostra & vestra. Cic. Tiron. Et tua, &

**Li. 16.** mea, maximè interest te valere.

II. Cuja vel Cujas interest, dicitur. Cicero pro Mur. Ea cædes, si potissimum criminis datur, detur ei, cuja interfuit. idem in Ant. Quis enim est hodie, cuius intersit istam legem manere?

III. Verbum est, pro Ablativis Mea, tua, sua, nostra & vestra. habet Meum, tuum, tuum, nostrum & vestrum. Cic: ad Cæcin. Puto esse meum,

**Lib. 6.** Lib. 2. quid sentiam exponere. id. de Fin. Si memoria forte defecerit, tuum est ut jugeras.

## APPENDICES II. GENERIS.

Magnum, Parvum, Tantum, Quantum, junguntur in Genitivo cum verbis Interest, & refert. Cic. Att, Per magni nostra interest, te esse Romæ Cætera ejusmodi per Adverbium adduntur: ut, Multum, aut plurimum interest, maxime refert, nihil interest. Cicero Tusculan. Theodori nihil interest, humine an sublime putrefact.

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Verbum interest, loco Genitivi potest Accusativum cum præpositione recipere. Cic. Luc. Evidem ad nostram laudem non multum video interesse.

II. Quantum, pro Quanti, apud Ciceronem inveneries. Pro Muræna: Ostendam alio loco, quantum jalutis communis intersit. Et pro Milone: Semper Milo quantum interesset Pub. Clod se perire cogitabat. Tantum interest apud Plin. Tantum interest, subeant radii, an superveniant.

## TERTIUS ORDO IMPERSONALIUM.

Dativus post Impersonale.

Quædam Verba Impersonalia, quorum multa eventum significant, ante se Nominativum, vel aliquam orationis partem, præsertim

# De Constructione

verò infinitum, loco Nominativi postulant: posse  
le verò Dativum. Terent. Adelph. Facire quod  
**En. I.** vobis libet. Virg. Quem ante ora patrum  
Trojæ sub mænibus altæ, contigit oppetere.  
Cic. in Ver. Accidit ut ille eo die veniret.

<b>Accidit</b>	<b>bat</b>	<b>dit</b>	}	Sich zutragen / o- der widerfahren.
<b>Cadit</b>	<b>bat</b>	<b>cecidit</b>		
<b>Contigit</b>	<b>gebat</b>	<b>tigit</b>		
<b>Obtingit</b>	<b>ebat</b>	<b>igit</b>		
<b>Obvenit</b>	<b>ebat</b>	<b>enit</b>		
<b>Evenit</b>	<b>ebat</b>	<b>enit</b>		
<b>Incidit</b>	<b>ebat</b>	<b>dit</b>		
<b>Vjuvenit</b>	<b>ebat</b>	<b>enit</b>		
<b>Cedit</b>	<b>ebat</b>	<b>cessit</b>	}	Fortgehn.
<b>Succedit</b>	<b>ebat</b>	<b>cessit</b>		
<b>Benevertit</b>	<b>ebat</b>	<b>rtit</b>		
<b>Malevertit</b>	<b>ebat</b>	<b>rtit</b>		
<b>Licet</b>	<b>ebat</b>	<b>cuit</b>	Sich ziemen	
<b>Libet</b>	<b>ebat</b>	<b>buit</b>	Gelüsten	
<b>Liquet</b>	<b>ebat</b>		Klar seyn.	

Expedit, Conducit, Convenit, Competit,  
Constat, Dolet, Suppedit, Superat pro Sup-  
pedit? & Suppeditat pro suppedit: Præ-  
stat, Placet, Restat, Stat, Sedet pro Placet  
Incessit, accedit, Confert, Patet, Vacat, Venit  
in mentem. De opus est, in nominis Con-  
structione dicetur.

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Incessit dandi, vel accusandi casum admittit. *Liv. Timor incessit Livium, idem Gravior cura patribus incessit.* Multò autem frequentius cum Accusativo legitur.

II. Accidit, & contigit, evenit, usuvenit, & alia ejusdem generis apud Oratores ferè infinitum respuunt: Conjunctione modo cum Conjunctione, Ut. gaudent. Cic. Cur. Si ei contigisset, ut te ante videret, quam è vita discederet. idem de Orat. Fortè evenit, ut in Privervati essemus. idem de Fin. Sed ex eo credo quibusdam usuvenire, ut abhorreant à Latinis.

## QUARTVS ORDO IMPERSONALIVM.

*Accusativus post Impersonale.*

**Q**vædām Verba Impersonalia, ante Nominalivum, vel aliquam Orationis partem, præsertim verò infinitum, loco Nominativi, post se Accusativum habent. Cicero in Brut. *Decet hoc illum nescio quo modo Decet bat cuit Gebühren Dedecebat cuit Übl anstehen. Juvat bat juvit Helfsen Delectat bat avit Erlustigen*

# De Constructione.

## APPENDICES I. GENERIS.

Verbum Oportet, cum his quidam con-  
jungunt, quasi verò Acculativum post se po-  
stulet, cum verbum sit absolutum, quod mo-  
dò Nominativum apertè habet. Terent. Heaut.  
Phil. 7. Hac facta ab illo oportebant Syra. Modò mem-  
brum orationis, loco Nominativi. Cic. in Ant.  
Irritari Antonium non oportuit.

## QVINTVS ORDO IMPERSONA- LIVM.

Ablativus cum Præpositione, post Imper-  
sonale.

Q Vædam Verba impersonalia ante se No-  
minativum, vel aliquam Orationis par-  
tem, præsertim verò infinitum, loco No-  
minativi, post se Acculativum cum præposi-  
tione AD. petunt. Cic. pro Sext. Resc. Hoc ad  
me nihil attinet. idem de Div. Ad rem pertinet,  
quomodo celo affecto, quodque animal oriatur.  
Attinet ebat nūit  
Pertinet ebat nūit  
Spectat abat avit } Angehn/Bugehören

SEXTVS ORDO IMPERSONA-  
LIVM.*Genitivus ante Impersonale.*

**Q**Vædam Verba Impersonalia ante se ferunt Genitivum, vel infinitum: loco Nominativi post se Accusativum postulant. Plaut. in Trinummo. Miseret te aliorum, tui, te nec miseret, nec pudet. Cic. pro Flac. Nonne esset pudicum, legatum Juum dici Meandrum? Miseret ebat ertum est      } Erbarmen.  
 Miserefcit ebat                          }  
 Piget ebat guit & gitum est. Verdriessen  
 Pænitet ebat tuit                          Ge euen  
 Pudet ebat ditum est                    Sich schämen  
 Tædet ebat pertasum est                Überdrüssig ieyn

## APPENDICES III. GENERIS.

I. Quinque hæc verba videntur quondam suis-  
 se Deponentia. Cujus rei argumento est car-  
 men Turpilii apud Nonium. *Quām matris,*  
*nunc patris me miseretur magis.* Vnde adhuc il-  
 la restant. *Misertum est, Pigitum est. Pu-*  
*ditum est, pertasum est.*

II. Pacuvius apud Nonium impersonaliter uti-  
 tur verbo Vereor eodem modo. *Nihilne te*  
*populi veretur, & Accius:* Si tui veretur te

## De Constructione

progenitoris, &c. Cic. de fin. primum Aristip-  
pi. Cyrenaicorumque omnium, quos non est  
veritum in ea voluptate, quam maxima dul-  
cedine sensum moveret, &c.

III. Priscianus docet ex Apollonio in ipsis  
verbis Nominativum latere: *verbi causa*: *Pu-*  
*det me tui*, hoc est, *Pudor me habet tui*: *Miseret*  
*me tui*, hoc est, *Miseratio me habet tui*. Credi-  
derim potius verba hæc figuratè Genitivum  
habere pro Nominativo. Nam justa & recta  
construcción est hæc. Plaut. in Stiche. *Et me qui-*  
*dem hæc conditio nunc non paenitet*. Figurata ve-  
rò, *Paenitet me hujus conditionis*. Justa tamen  
exolevit, atque in ejus locum figurata succe-  
dit. Qui locutioni similis est illa: *Venit mihi Pla-*  
*tonis in mentem*, pro Plato: quam utitur Cicero de  
*Fin. lib. 5.*

## VERBUM IMPERSONALE PASSIVUM.

**V**erba impersonalia passivæ vocis, ut vo-  
cant, sunt ea verba passiva, quæ tertià  
personā contenta sunt. Ea verò efficiuntur  
à Neutris quarti ordinis, & ab Activis, cùm  
absolutè efferuntur voce activè, præiertim ve-  
rò ab amo, & turbo, ut *Aratur ab Aro*, *Pu-*  
*gnatur à pugno*, *Amatur ab Amo*. Terent. Eu-  
nuch. *Nescio quid turbatum est domi*, a Turbo.  
Hæc ante se Nominativum habent, qui tamen  
sæpe

Sæpe recitetur: post te *Ablativum* cum præpositione *A.*, vel *Ab.* vel ejus loco *Dativum* exigunt: qui etiam sæpenumero taceret. *Mart.* Tota mihi dormitur *hyems*; pro, *Dormio totam hyemem*. *Nominativus* recitetur apud Plaut. in *Epidico* Mihi isthic neque seritur, neque metitur. Cicero pro Dom. Ab universo Senatu reclamatum est. Plaut. in *Persia*. Quid agitur? Statur hic ad hunc modum.



## DE COMMUNI OMNIUM VERBORUM CONSTRU- CTIONE

**H**actenus de propria Verborum Constructio-  
ne dictum sit, deinceps de communi omni-  
um dicendum erit.

## GENITIVUS COMMUNIS STA- TVS IN LOCO.

**P**ropria Pagorum, Castellorum, Vrbium,  
primæ, vel secundæ Declinationis ponun-  
tur in Genitivo post quodvis verbum, si inter-  
rogatio fiat per Adverbium **VBI**. Cic. Att. E-  
gnatius Romæ est.

Propria sequuntur Appellativa quatuor,  
Humī, Bellī, Militiæ, Domi. Cic. Tusc. Theodori  
quidem nihil interest, humine, an sublime putre-  
scat.

## De Communi Omnia

Si propria tamen fuerint tertiae declinatio-  
nis, vel pluralis numeri, sexto casu utendum  
est. Cic. de Div. Babylone paucis post die-  
bus Alexander est mortuus. id. Att. Lentu-  
lum nostrum scis Puteolis esse.

Nominalis Insularum, Regionum, Provincia-  
rum, cæterorum denique locorum, Ablativum  
cum præpositione IN. ferè desiderant. Cic Att.  
Promitto tibi si valebit, tegulam nullam in  
Italia relicturum.

## APPENDIX I. GENERIS.

Dativo Ruri, & Ablativo Rure utimur, cum hu-  
ius est loci. Plaut. in Baccide. Si illi sunt vir-  
gæ ruri, at mibi tergum domi est. Liv. Mo-  
rientem rure eo ipso die sepeliri se jussisse  
ferunt.

## APPENDICES II. GENERIS.

I. Genitivus Domi hæc Adjectiva admittit,  
Meæ, Tuæ, Spæ, Nostræ, Vestræ, Alienæ. Cicero  
Marcell. Nonne mavis sine periculo domi tuae esse,  
quam cum periculo alienæ? Cum aliis Adjectivis  
in Ablativo cum præpositione N ponitur. Ovid  
Sustinet in viduâ tristia signa domo. Quod idem  
interdum fit cum illis pronominibus. Plin. ad  
Cal. ille in domo mea sape convaluit. : Cum sub-  
stantivis autem utroque modo copulatur. Cic.  
Att. Clodius deprehensus domi Cæsaris.  
idem eidem præpositionem addit. Cum in do-  
mo Cæsaris quondam unus vir fuerit, &c.

Il. Errant qui putant nomina tertiae declinationis, Dativo effetti, Nam Tibur, & Ansur, apud veteres & E. & I. litteris, Ablativum habuisse videtur: legimus enim utroque modo Cic. Att. Nunc domum rescribo iis litteris, quas mihi misisti, convenio Antonio Tyburi, Liv. Tybure hanc ita multò antè mortuus.

## APPENDIX III. GENERIS.

Quidam dubitant, dicendumne sit: *Marcellus natus est Romæ nobilis urbis*, an *nobili urbe*. Cicero pro Archia posterior modo loquitur: *Natus est Antiochiae loco nobili & celebri quondam urbe*: idem præpositionem interpolavit, *pro Rahir. Neapoli in celeberrimo oppido*. idem in Ant. *Albæ in urbe opportuna*. plin. fere Ablativo utitur præpositione præposita, *In Nea Oppido Troadis*.

## MOTUS AD LOCUM.

**S**i per Adverbium, Quò? fiat interrogatio, accutandi casu effertuntur, cujuscunque sint declinationis, ac numeri: ut *Quo is? Romam, Brundusium, Carthaginem, Athenas, Delphos, Gades, Rus, Donum*. Cic. At. Epistolas Catinam, Taurumini

De Communi Omnia  
minium, Syracusas commodius mittere poter-  
ro. Ter. Heaut. Domum revertor mastus. id.  
Eunuch. Rus ibo. Cicero pro Archia: Eum  
domum suam receperunt.

Nomina tamen Insularum, Regionum, Pro-  
vinciarum, &c. Accusativum cum præpositio-  
ne IN. ferè desiderant.

Cic. de Som. Scip. Cum in Africam venisset.

MOTUS DE LOCO ET  
PER LOCUM.

Lib. 5. **S**uper Unde? vel Qua? fiat interrogatio. A-  
blativo utemur. Underedis: Roma, Cartha-  
gine Athenis, Delphis, Gadibus, rure, Domo.  
Qua iter fecisti? Româ, Brundusio. &c. Cic. Att.  
ibid. Accepi Romas sine tua epistola fasciculum littera-  
rum Ter. Eunuch. Video rure redeuntem Ienem.  
Cic. Att. Iter Laodicæa faciebam, cum has litte-  
ras dabam in castra.

Nomina Insularum, Regionum, Provincia-  
rum, &c, præpositionem Ex. si interrogatio.  
Lib. 4. fiat per, Vnde, si per Qua fiat, præpositionem  
Lib. 1. PER. ferè desiderant. Cic. in Verr. Ex Sicilia in A-  
Dec. 5. fricam, gradus imperii factus est Romanis. Liv:  
Dum ipse terrestri per Italiam, Galliasque itinere  
Italianum peteret.

APPENDICES III. GENERIS.

I. Propria sæpe præpositionem recipiunt, maxi-  
mè si quæstio fiat per Unde, vel Qù, Cicero  
Att.

Att. A Brundusio nulla adhuc fama venerat: id  
de Senect. Adolescentulus, miles proiectus sum ad  
Capuam sed tum AD ferè proximitatem (ut a-  
it Priscianus) significat. Quia significatione in  
motu ad locum hanc ferè præpositionem adhi-  
bemus. Ad me, ad te, ad flumen, ad tribunal  
proiectus est.

II. Proprijs majorum locorum interdum de-  
mitur præpositio, Præcipue à Poetis & Histo-  
ricis. Virg. Ibitis Italiam portusque intrare licebit  
Liv. Navigare Cyprum pergit? Tacit Germanicus  
Ægypto remeans. Cæsar, cum audisset Pompeium  
Cypri visum.

III. Cætera nomina propria regionum, aut  
viarum: itēmpue appellativa, sine Præposi-  
tione eleganter efferuntur: quæ alioquin Accu-  
sativo: cum Præpositione PER, efferenda es-  
sent. Cic. in Ant. Nunc tota Asia vagatur, voli-  
tat ut rex. id. ad Quint. Frat. Ita se gerant in istis  
Asiaticis itineribus, ut si iter Appia via facerent,  
id. in Att. Nunc iter conficiebamus altuosa, &  
pulverulenta via. Eadem: Quemquidem ego spe-  
ro jam tuto, non solum tota urbe vagari posse. Pro  
Pont. Hi contra vagantur lati atque erecti passim  
toto foro. in Ver. Multa mihi a Caio Verre insidia  
terra, marique factæ sunt.

## DATIVVS COMVNIS.

**Q**uodvis verbum admittit Dativum ejus  
personæ, in cuius gratiam, commodum,  
vel

## De Communi Omnia.

vel incommodeum aliquid sit. Plaut. in Milite  
glorio. Tibi aras, tibi occas, tibi feris, tibi e-  
idem & metis.

## ACCUSATIVUS VEL ABLATI- VUS COMMUNIS TEMPORIS.

**T**empus Accusativo vel Ablativo casu ef-  
fertur: si per Quamdiu fiat interrogatio.

Liv. Romulus septem & triginta re-  
gnavit annos. Plin. Massinissam jexagin-  
ta annis regnasse indubitatum est. Sin ve-  
rò per Qando fiat, Ablativo utemur. Cicero de  
Arusp. Negotium magistratibus datum est  
anno Juperiore.

## APPENDIX I. GENERIS.

Ablativus interdum intra significat, ut pa-  
cis diebus, biduo, triduo, pro intra paucos  
dies, intra biduum, intra triduum. Cic pro  
Mil. Clodius respondit, triduo illum, ad jum-  
mum quatriduo, peritulum.

## ACCUSATIVUS VEL ABLATIVUS COMMUNIS SPATII.

**C**uivis Verbo apponi potest Accusativus  
qui Distantiam loci significet. Cic. ad Tironem  
*Is locus est citra Leucaden stadia viginti. id.*  
pro Sext. Rosc. Edixit, ut ab urbe abesset millia  
passuum ducenta. id. Att. Cubitum nullum as-  
siduo cursu processit. Liv. Mille ducentos pas-  
sus, ibi latitudo patet, Interdum Ablativo scri-  
ptores

ptores utuntur. Cæs. Bell. Gall. Eo die castra pro-  
movit, & millibus passuum ex à Cæsar's ca-  
stris sub monte consedit. idem ibidem: Ab  
exploratoribus certior factus est, Ariovistico-  
pias à nostris, millibus passuum quatuor &  
viginti abesse.

## APPENDICES III. GENERIS.

Cùm dicimus, Abesse bidui, tridui, quatridui,  
Iter aut Via intelligitur. Cic. ad Att. Cùm in ca-  
stra proficerer, à quibus aberam bidui. id. Cat.  
Aberam ab Amano iter unius diei. Cæs. bell. Gal.  
Cùm bidui viam processissent.

## ABLATICUS ABSOLUTUS.

**Q**ibuslibet verbis addi potest Ablativus  
absolutè positus. Cic. At. Quod anclore te ve-  
le cœpi, adjutore assequar. idem ad eundem,  
Scripsi hæc ad te, posita mensa.

## APPENDIX I. GENERIS.

Aliquando absolutè ponitur participium  
præteriti temporis sine nomine. Liv. inde ad  
Fluvium est progressus, nondum comperto,  
quam regionem hostes petiissent.

ABLATICVS INSTRUMENTI, CAVSA,  
Modi, Actionis.

**Q**vævis Verba Ablativum admittunt si-  
gnificantem INSTRUMENTVM. Ter.  
Adel.

## De Communi Omnia

**A**del, Hisce oculis egomet vidi. Aut causam, propter quam aëquid fit. *id. ad Q. Frat.* Vestraculpa hæc acciderunt. Aut modum, quo aliquid fit. **C**ic. pro Milon. Quoniam modo id factum ferret civitas.

**M**odus actionis præpositionem Cum interdum Lib. I. desiderat. *id. de off.* Ira procul absit: cum quanib[us] rebus recte fieri, nihil considerare potest.

## APPENDICES I. GENERIS.

I. Ad causam, propter quam pertinent hæc & similia. Ardere iracundia, dolore, ira, studio, desiderio alicujus flagrare, inflammari cupiditate, amore, &c. Hæc etiam fortassis, *Lator*, *Gaudio*, *Delector*, *obtestor*, *tristor*, de quibus suprà egimus II. Modum actionis cognoscimus interroga-  
tione. Quo modo. *Quo modo tulit injuriam? E-*  
*quo, iniquo animo.*

## APPENDICES II. GENERIS.

**A**dhibetur etiam præpositio Cum. quæ co-  
Lib. 3, mes dicitur. Cic. pro Clu. Semper magno cum  
metu dicere incipio. *id. de Orat.* Cum febrz do-  
mum rediit.

## ABLATIVVS EXCESSVS

**C**Vivis verbo adjungi potest Ablativus rei,  
qua Excessus significatur. Cicero. de Clar.  
Lib. 5. Orat. Pub. Scipio omnes sale facetijs supera-  
bat?

bat. Terent. Phorm. Incredibile est quanto  
berum anteo sapientia.

## ABLATIVUS · PRE TII

**Q**Uælibet Verba Ablativum admittunt si-  
gnificantem pretium: ut Senatus tritici  
modicum tribus denariis estimavit Cic. in  
Ver: Excogitare non poterat, quemadmodum plu-  
rimo venderet. Ter. Eunuc. Ut te redimus ca-  
ptum, quam queas minimo. Idem And. Vix dra-  
chmis obsonatus est decem. Cic. in Ver. Doceat o-  
portet aliquo in loco Siciliae. Prætore Verre, ternis de-  
nariis tritici modium fuisse. Liv. Multorum san-  
guine & vulneribus, ea penitus victoria stetit. Varr.  
Piscina edificantur magno Horat. Satyr. Quæ vir-  
tus, & quanta bonis sit vivere parvo. Cic. in Ant.  
Jam in video magistro tuo, qui te tantâ mercede  
sapere nihil docuit. id pro Cæl. Cujus in ediculis  
habitet decem millibus.

## EXCEPTIO.

**H**is tamen Genitivis exceptis tanti, tanti-  
dem, quanti, quanticunque, pluris, mino-  
ris, de quibus supra diximus.

## APPENDICES III. GENERIS.

Verbum Valeo, Ablativum vel Accusativum  
amat. Plin. Aureus nummus post annum sexagesi-  
num secundum percussus est, quam argenteus: ita  
ut scrupulum valeret sestertiis vicenis. Var. de ling.

## De Constructione.

lat. Denarij, quod denos æris valebant : quinarii, quod quinos.

De Casibus, qui beneficio præpositionum communes sunt omnium verborum, dicimus cum de præpositionibus præcepta dabimus.

---

## CONSTRVCTIO VERBI IN FINIT I.

Li. 16. **V**erba infinita eisdem post se casus postulant, quos finita. Cic. Tir. Malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum videre. idem ad Q. Frat. Quod scribis Lib. 8. te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. id. ad Attic. Velle te in principio audivisse amicissime me admonentem.

## APPENDIX I.

Præteritum perfectum passivum, & plus quam perfectum ex infinito Esse, vel fuisse, atque participio præteriti temporis suppletur, Phil. 2. multatis numeris & genetibus pro re, de qua agitur. Cic. in Ant. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. id. pro Cnuent. Injuriam ab his familia factam esse dixisti.

Verbum interdum omittitur. id. pro Mil. Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum fateatur.

## APPENDIX II.

*Futurum Infinitum Activum.*

Fore , futurum infinitum tantum in usu est ,  
 jungiturque cum omnibus generibus , & ut-  
 tioque numero. Cic. ad Lentulum. Vehementer  
 confidit , his litteris , se apud te gratiosum  
 fore. id. ad eundem. Spero nobis hanc con-  
 junctionem voluptati fore. id. Att. Nihil ar-  
 bitror fore , quod reprehendas. id. ad eundem.  
 Dionysio , dum existimabam vagos nos fore ,  
 nolui molestus esse.

Cætera , quibus prisci usi sunt , jam exole-  
 verunt : pro quibus infinito Esse , vel Fuisse ,  
 prout oratio postulat , & participio in Rus.uti-  
 mur. Cic. Attic. Illum cum futurum esse  
 puto , qui esse debet. idem de Orat. Verè mi-  
 bi hoc videor esse dicturus .  
 id. in Marc. Anton. Id te facturum esse af-  
 jeravit  
 id in Ver: Non molestè fero me laboris mei  
 vos virtutis vestræ fructum esse laturos

## De Constructione.

Infinitum esse frequenter desideratur. Cic.  
Att. Ego bellum fædissimum futurum puto.  
id. ad Terentiam. Celerius opinione ventu-  
rus dicitur. id. ad Attic. Vix spero hunc  
mibi veniam daturum. idem ad Appium:  
Icribit meas litteras maximum apud te pos-  
sus habituras.

## APPENDIX III.

### Futurum infinitum Passivum.

Futurum passivum ex Infinito Iri, & voce  
simili Supino in U. M. constat, ut, Amatum iri,  
Doctum iri, Violatum, Occisum iri, omnibusque  
generibus, atq; utriq; numero attribuitur Cic.  
ad Att. Pompeius affirmat non esse vericulum, ad-  
jurat: addit etiam se prius occisum iri ab eo, quam  
me violatum iri. idem ad eundem: Brutum, ut scri-  
bis, visum iri à me puto. Id. de Divinat. Vaticina-  
tus est madefactum iri minus triginta diebus Græ-  
ciam sanguine. Terent. in Prol. Hecyra. Interea ru-  
mor venit, datum iri gladiatores. Quint. Reuspar-  
ri cidiij damnatum iri videbitur. Plant. in Rudent.  
Mihi isthac videtur præda prædatum irier.

## APPENDIX IV.

### Ratio supplendi Futurum infinitum, maxime nec verba Supinis carent.

**F**Ore, Futurum, ut verbis Spero, puto, af-  
firmo, sui picor, & his similibus juncta, ele-  
gan-

ganter futurum infinitum tam agendi, quam patiendi modi supplet. Cic. I. Tusc. Spero fore, ut contingat id nobis. idem ad Att. Nunquam putavi fore, ut ad te supplex venirem. idem Lentulo. Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas. Seneca: Scio futurum, ut auditis ejus sententiis, cupiatis multas audire id. Nunquam putavi futurum, ut pater meus liberos odisset.

Hac circuitione subvenitur verbis, quae supinis carent: ut, Puto fore, ut brevi his incommodis medeare. Affirmo fore, ut paucis diebus orationem pro Marcello ediscas. Suspicor fore, ut juri civili potius, quam Philosophia studeas. Polliceor fore, ut non multo post intimus sensibus angaris, quando saluberrima parentis consilia negligis.

## APPENDIX V.

## Circuitio ex Præterito &amp; Futuro mixta.

Circuitio illa Futurum fuisse, ex Præterito, & futuro mixta, nonn. inimum orationi affert ornamentum. Cic. nisi eo ipso tempore quidam nuntii de Cæsar's victoria per dispositos equites essent allati, existimabant plerique futurum fuisse, ut oppidum amitteretur.

Hæc quidem circuitio necessaria est, cum verba Supinis destituuntur: ut, Affirmabant omnes futurum fuisse, ut frater tuus brevi litteras Græcas disceret, nisi lateris dolore consumptus fuisset.

## De Constructione.

id. ad Marcellum. Eum magis communem censemus in Victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisse? id. in Marc. Anton. Dixit aliquam sententiam se dicturum fuisse.

## INFINITA CVM QVIBVS

verbis copulentur:

**V**erbis Cœpi, soleo, deheo, cupio, adduntur infinita, multisque aliis, maxime ijs, quibus voluntas explicari solet. Cic. pro Rosc. Com. Qui mentiri solet, pejare conjuvit. id. Tironi, Omnes cupimus, ego in primis, quam primum te videre.

## APPENDIX.

Amphibolia, Accusativi geminatione facta, solvitur Ablativo: ut Milonem audivi occidisse Clodium: ambigua est oratio: dubium enim est, uter ab altero fuerit occisus. Muta alterum Accusativum in Ablativum, sic; A Milone audivi occisum esse Clodium. sublata est omnis dubitatio.

## GERUNDIA.

**G**erundia, quæ passionem non significant Giclus suorum verborum admittunt. ut, Tempus obliviscendi injuriarum: ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates; abstinendi maledictis.

GE-

Gerundiorum  
GERUNDIA.

44

In DI.

**G**erundiis in DI adduntur substantiva, Tempus, causa, studium, finis, & cætera ejusdem generis. Cic. de Senect. E quidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi. Idem Att. Sit jam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.

Item nonnulla adjectiva, ut Peritus, imperitus, cupidus, insuetus navigandi, ignarus dicensi. Cic. de Orat. Sum cupidus te audiendi.

APPENDIX.

Gerundia in DI. interdum Genitivum multitudinis pro Accusativo admittunt. Cic. de Divin Doleo autem Stoicos nostros Epicureis irridens sui facultatem dedisse. Plaut. Capt. Nominandi tibi istorum erit magis quam edundi copia.

In DUM.

**G**erundiis in DUM. præponuntur præpositiones AD. OB. INTER. Cic. 5. Tusc. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. id. in Verr. Quantò illud flagitosius, improbius, indignus, eum, à quo pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare? Liv. Ipse inter spoliandum corpus hostis, veruto percussus, inter primam curationem expiravit.

F 4

Præ-

## De Constructione

Geor. 3. Præponitur & ANTE, sed rariūs. Virg. Namque ante domandum, ingentes tollunt animos.

### IN DO.

Lib. 13. **G**erundia in DO. modò sine præpositio-  
ne in oratione adhibentur. Cic. Att. Plo-  
raudo defessus sum: Modò præpositiones  
maximè, A. AB. DE. IN. assumunt id. 3. Tusc. ab  
Lib. 2. invidendo autem rectè invidentia dici potest idem  
Lib. 9. Curioni. Etenim quis est tam in scribendo impiger  
quam ego? id. ad Att. Tu quid cogites de transe-  
undo in Epirum, scire sanè velim.

Lib. 1. Nona unquam E. vel Ex Cum. PRO. Plant.  
cap. 5. Aviul. Heus jenex pro vapulando hercle abs-  
te mercedem petam. Quintil. Scribendi ra-  
tio conjuncta cum loquendo est.

## GERUNDIA PASSIV A.

Li. 2. c. **G**erundia, quæ Passionem significant,  
nullum post se casum admittunt. Quint.  
Memoria excolendo sicut alia omnia ange-  
3. Li. 13. tur. Plinius. Rubens ferrum non est habile  
Capit 5 tundendo. id. Bituminata, aut nitrofa, uti-  
Lib. 3 ilis est bibendo. Sall. Pauca supra repetam,  
Cap. 6. quod ad cognoscendum omnia illustria ma-  
Iugurt gis, magisque in aperto sint.

## RATIO VARIANDI

### Gerundia.

Grundia, quæ Accusativo casu gaudent,  
terè elegantiū more Adjectivorum, ad  
hunc

hunc modum efferuntur. Pompeius studiosus fuit Remp. defendendi, civesque servandi. Pompeius studiosus fuit Reipublicæ defendendæ, civiumque servandorum: ita ut gerundij casus maneat servato tamen genere ac numero Accusativi. Cic. in Ant. Princeps vestra libertatis defendenda se per fui, idem Curioni. Hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Liv. interjecto deinde hanc magno spatio, quod vulneribus curandis supplendoque exercitui satis esset. Cic. App. Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempubl. idem Trebonio. Omne desiderium literis mittendis accipiendisque leniam: Liv. Praelia de occupando ponte crebra erant.

### PARTICIPALE VERBUM IN DUM.

**V**erbum participale in Dum accidente verbo Substantivo, Dativum postulat omnibus verbis communem. Liv. *Hic vobis vincendum, aut moriendum: militis est.*

Præter Dativum communem, etiam casum sui verbi admittit. Cic. 2. Tusc. *Tuo tibi iudicio est utendum. Tibi. Casus est communis. Tuo iudicio, proprius est verbi.*

### APPENDIX I.

Si tamen casus verbi fuerit Accusativus, mutabitur participale Activum in Passivum,

## De Constructione.

hoc modo : Petendum est tibi pacem. Petenda est tibi pax. Timendum est nobis pœnas æternas. Timendæ sunt nobis pœnæ æternæ.

## APPENDIX II.

Prisci etiam Activo usi sunt , cum Accusa-  
Lib. 5 tivo. Lucret. Æternas quoniam pœnas in morte  
Lib. 11 timendum. Veteres imitatus est Virgilius---  
Alia arma Latinis querenda , aut pacem  
Trojano ab rege petendum.



### SUPINA

In UM

**S**Upina in UM. amant verba , quæ motum  
Bell. Sad significant. Terentius Phorm. Percun-  
Gall. etatum ibo. id. Heaut. Abi deambula-  
I. tum. Liv. Coriolanus damnatus absens ad  
Volscos exultatum abiit. Ante se nullum , post  
se tuorum verborum casus habent. Cœsar. Le-  
gatos ad Cœsarem mittunt , rogatum auxilium.  
Terent. Phorm. Me ultrò accusatum adve-  
nit. Id. Eunuch. Nutricem accersitum ijt.

### SUPINA IN V.

**S**Vpina in V. ferè passivæ significationis  
sunt , sine casu , adhærēntque nominibus ad-  
iectiviis. Cic. Att. Quod optimum factu

videbitur, facies. id. in Anton. O rem non modo visu fædam, sed etiam auditu.



## PARTICIPIA.

**P**articipia eosdem casus habent, quos verba, à quibus proficiscuntur. Pueri victoriā reportaturi non delectantur duodecim scruporum ludo. Livius. Ancus ingenti præda potitus, Romam rediit. Cic. in Pison. Abiectum, contemptum, despiciunt, à ceteris, à te ipso desperatum, & relictum adulantem omnes videre te volui, vidi, Cic. Lentul. Totus est nunc ab ijs, à quibus tundens fuerat, derelictus.

## APPENDIX I.

Participia passiva præteriti, & futuri temporis, maximè cùm fiunt nomina, etiam Dativio gaudent. Cic. de Senect. Sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii notam posteritati fore. Ter. Andr. Restat Chremes, qui mihi exorandus est.

## APPENDIX II.

Exclusus, Perclusus, Pertæsus, Accusativum petunt. Curt. Persarum te vestis, & disciplina delectat: patrios mores, excojus es. Liv. Plebi consulū nomen haud Jecus, quam regum perosa erat. Suet. in Cæs. Quasi pertæsus

## De Constructione.

*tæsus ignaviam suam, quod nibildum à je  
memorabile actum esset.*

## PARTICIPIA FACTA NO- MINA.

**P**articipia in Ans. & Ens. interrogandi casu  
gaudent, cùm fiunt nomina. Terent. Phorm  
*Herus liberalis est, & fugitans litium.*  
Cic. Att. Boni cives amantes patriæ. Sal.  
Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris,  
suprà quām cuiquam credibile est. Cic. ad  
Q. Fratr. Fert graviter homo, & mei a-  
mantissimus: & Juæ dignitatis retinens,  
se apud te neque amicitia, neque jure va-  
luisse.

Nonnulla etiam præteriti temporis, ut Con-  
sultus, doctus. Cic. in Ant. Neque enim ille magis  
juris consultus, quām justitiæ fuit. Horat.  
Docti sermonis utriusque linguae: Sal. Alieni  
appetens, profusus sui. Liv. Servitutis, indi-  
gnitatisq; homines expertos, adversus no-  
tum malum irritatos esse.

## APPENDIX I.

Participia præsentis, præteritiq; temporis, cùm  
nominum naturam induunt, more eorum com-  
parantur. Cic. Lent. *A me nullum tempus præ-  
ter-*

termittitur de tuis rebus, & agendi, & co-  
gitandi: utique ad omnia Quinto Selicio,  
quo neque prudentiorem quenquam ex tu-  
is, neque fide maiorem esse iudico, neque a-  
mantiores tui. id. Tironi. Cum commode  
& per valetudinem, & per anni tempus na-  
vigare poteris, ad nos amantissimos tui ve-  
ni. id. Attic. Nihil illo regno spoliatus, nihil  
rege egentius. id. in Verr. Hæc tu omnium  
mortaliū profligatissime ac perditissime  
cum scires, cum tanto periculo tui fieri pa-  
terere, atq[ue] concederes.

## APPENDIX II.

Participis Futuri temporis addito verbo  
Substantivo, eleganter utimur pro debere, vel  
Oportere. *Sum expectatus Fratrem.* Ter Phorm  
Frater est expectandus mihi. Eram habiturus be-  
rierationem. Habenda erat heri mihi oratio. Cic.  
pro Fonteio. Orandus erit nobis amicus meus Ple-  
tarius, ut suos novos clientes à bello faciendo de-  
terreat.

DE CONSTRUCTIONE NO-  
MINIS.

*Genitivus post Nomen Substantivum.*

**Q**uotiescumque duo Nomina Substantiva  
rerum diversarum in oratione continuantur, alterum erit Genitivus calus. Cir. in Piso-

## De Constructione

Pisonem. Supplicium est pœna peccati. id. ad Cœlum. Mirum me desiderium tenet urbis. id, de Amicitia. Maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

## APPENDIX I.

Adjectiva cùm substantivè ponuntur, more substantivorum construuntur. Cicero de Senect. Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires; non opprimantur. idem in Verr. Sicilia tot si una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit: id mibi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti. Pompeius ad Marcellum, & Lentulum-Vos hortor, ut quojunque militum contrahere poteritis, contrahatis.

## GENITIVUS VEL ABLATIVUS

post Nomen Substantivum.

**S**Vbstantiva cùm ad laudem, vel vituperationem referuntur, Genitivo, vel Ablativo gaudent. Cic. ad Marcellum. Neque monere te audeo præstanti prudentia virum: neque confirmare maximi animi hominem, virumque fortissimum. Plinius. Choramandarum gentem, vocat Tauron sylvestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

GE.

GENITIVUS POST NOMEN  
*Adjectivum.*

**A**Diecliva, quæ Scientiam, Communio-  
nem, Copiam, & his contraria signifi-  
cant, cum Genitivo junguntur, ut Peri-  
tus, Ignarus, Particeps, Expers, Plenus, Ina-  
nis. Cic. in Bruto. *Fabius pictor & juris & litterarum,* & antiquitatis beneperitus fuit. Ex eodem. Antonius omnis eruditionis expers, atque ignarus fuit. idem de Finib. Virtutes ita copulatae connexæque sunt, ut omnes omnium participes sint. id. ad Papirium: Stultorum plena sunt omnia. Ex eodem. Omnia plena consiliorum, inania verborum videmus.

Item quædam in AX. JVS. IDVS. & OSVS Philosophus tenax recti, nullius culpe conscientis, avidus virtutis, studiosus litterarum. Quibus adde Memor, Immemor, Securus, ut memor beneficii, immemor injuria, Securus rumorum. Quintilianus. Tenacissimi sumus eorum, quærudibus annis perceperimus. Cic. in M. Ant. Hujus rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit, idem ad Cajum Antonium. Cum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum conscientis, ad te profici sceretur, aliquid mihi scribendum putavi.

# De Constructione.



## PARTITIVA.

Lib. 1. **P**artitiva Genitivo multitudinis gaudent.  
Cicero de Natura Deorum : Elephanti bel-  
luarum nulla prudentior. id. de Senectut.

Lib. 2. Minus habeo virium quam vestrum utervis. Id ad  
Q. Fratrem. Domus utriusq; nostrum adificatur  
strenue.

Item numeralia nomina. Livius Imperium  
summum Romæ habebit, qui vestrum primus, o  
Lib. 8. juvenes, osculum matris tulerit. Curt. Octoginta  
ibid. Macedonum interfecerunt. idem. Nolo singulos  
vestrum excitare.

Denique quæcunque Adjectiva, quæ parti-  
tionem significant, interrogandi casum pos-  
Bell. sunt admittere. Cic. de Senect. Multæ etiam ista-  
Mac. irum arborum mea manu sunt satæ. Liv.  
Lib. 10. Macedonum ferè omnibus, & quibusdam  
Lib. 8. Andriorum, ut manerent, persuasit. Curt  
C 48. Cum paucis amicorum ad Leonatum per-  
veni. Plin. Lanarum nigrae nullum colorem  
bibunt.

## SUPERLATIVA

**S**i multa ejusdem generis comparentur, uten-  
dum est Superlativo cum Genitivo plurali.  
Cic. 5. Tu sc. Theophrastus elegantissimus omniū  
Philosophorum, & eruditissimus, non magis opere  
re-

reprehenditur, cùm tria genera dicit bonorum. Plin. Demosthenes summus Oratorum Græciæ.

## APPENDIX I.

Tam Superlativa quam partitiva etiam Genitivo singulari, qui multitudinem significet, conjunguntur. Cicero pro Quint. Habet adversarium P. Quinctius, verbo Sext. Navium, re vera hujuscetatis hominem dissipissimum, ornatumque nostræ civitatis. id. pro Rub. Posthumo. Virum unum totius Græcia facile dissipissimum Platonem in maximis periculis, insidioso versatum esse accepimus. An quisquam Clodia gentis cum Pompeio magno conferendus est.

## APPENDIX II.

Tum Superlativa nomina, tum Partitiva, quæ cum suis Substantivis casu coherent, & genere, & numero consentiunt. Cic. de Nat. Deor. Indus, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros latifaciat: sed eos etiam conserit. Plinius. Hordeum frugum omnium mollissimum est. Pomponius Mela: Famus habet ob Cereris templum Enna precipua mentium.

Quod si nullum sit Substantivum, cum Genitivo, quod attinet ad genus, consentient. Liv. Summi, infimiq; Gabinorum Sext. Tarquinium dono Deum sibi missum ducem credere. Quintil. Evidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos

## De Constructione.

Græcorum est sequutus. Plin. Sapientissima anima-  
lium esse constat, quæ frugi vescuntur. id. Ovorum  
alia sunt candida, ut columbis, perdicibus: alia pal-  
lina, ut aquaticis, &c.

## APPENDIX III.

Genitivus tam Superlativi, quam partitivi  
in Ablativum cum præpositione E vel Ex. vel  
De. mutari potest. Cic. pro Cluent. Ex his om-  
nibus natu minimus P. Saturninus in eadem sen-  
tentia fuit id. pro Sext. Ros. Audacissimus ego ex  
omnibus? minime. id. ad Tironem. De tuis in-  
numerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum.  
id. in M. Ant. Permitto, ut de tribus Antoniis e-  
ligas, quem velis. Quintil. Timui, ne quem de meis  
viderem.

Mutatur interdum Genitivus superlativi in  
Accusativum cum præpositione Inter. vel An-  
te. Ci. pro Sext. Ros. Rectum putabat pro eorum  
se honestute pugnare, propter quos ipse honestissimus  
inter suos numerabatur. Seneca ille Crœsus inter  
Reges opulentissimus, ad tormenta, post terga vita-  
etis manibus, ductus est. Pomponius Mela: Gentem  
sui nominis alluit Boristhenes inter Schytiae amnes  
amoenissimus. Liv. Multitudini gravior fuit, quam  
Patribus, longè ante alios acceptissimus militum  
animis.

## APPENDIX IV.

Superlativa præter proprium casum. admit-  
tunt etiam casum suæ positionis. Cic. de Cla-  
ris

*ris Oratoribus. Fuit Sextus Elius juris quidem ci-  
vili omnium peritissimus. Omnia superlativi:  
Juris civilis, positivicasus est.*

Admittunt & Genitivum partitionis, more  
nominum unde formantur Plin Plurimi piscium  
tribus mensibus, Aprili, Maio, Junio, pariunt.

*Genitivus vel Dativus post Nomen.*

**N**omina, quæ similitudinem, aut dissimili-  
tudinem significant, interrogandi, vel  
dandi casum exigunt. Ter. in Eunuch. Do-  
mini similis, &c. Cic. de Finib. Non video, cur  
non potuerit patri similis esse filius. idem in M.  
Ant. Antonius saturavit se sanguine dissimillimo-  
rum sui civium. idem de Clar. Orat. Nihil tam dis-  
simile quam Cotta Sulpitio.

Item, Communis, Proprius. Cic. de Senect. id  
quidem non proprium senectutis est vitium, sed  
commune valetudinis. id. pro S. Rosc. Quid tam  
commune, quam spiritus vivis, terra mortuis,  
mare fluctuantibus, littus ejectis? Plin. Cesari pro-  
prium & peculiare sit præter supradicta, clemen-  
tia insigne.

*Dativus post Nomen.*

**N**omina, quibus commodum, voluptas,  
gratia, favor, æqualitas, fidelitas, & his con-  
traria significantur, Dativum poscunt:  
ut Consul salutaris, Pernicioris Reipubli-  
ca: Jucundus, molestus, Gratus, Invisus:

## De Constructione

Propitius, infestus civibus, Fidus, infidus imperio:  
Par. Impar tanto oneri. Cic. ad Cæcinnam: Erat  
meum consilium cum fidele Pompejo, tum salutare  
utrique. id. Attic. O gratas tuas mihi, jucundas  
que litteras.

Item verba in Bilis: ut Amabilis, formida-  
bilis, optabilis, Cic. in M. Anton. Pax præfertim ci-  
vilis, quamquam omnibus, mihi tamen in primis  
fuit optabilis.

Præterea, Conclivus, Consentaneus, Supplex,  
Obvius, Obnoxius, Pervius, & nonnulla, quæ  
ex præpositione CON. componuntur: ut Con-  
cors, concolor, confinis, conterminus. Cic. 2. Tu sc Mi-  
hi conscius sum nunquam me nimis cupidum fui-  
se. id. in Marc. Anton. Sulpitii mors consentanea  
vite fuit: sanctissime, honestissimeque actæ. Cic. At-  
tic. Volent mihi obvia litteræ tuae. Terent. Adelph.  
Fratri edes fient perviae. Plin. Contermina Indi-  
gens Ariana appellatur.

Dativus vel Accusativus cum præ-  
positione AD. post Nomen.

A commodatus, Appositus, Aptus, Idone-  
us, Habilis, Utiles, Inutilis, Natus huic rei,  
vel ad hanc rem. Cic. in Pison. ille gurges,  
atque belluo, natus abdomini iuio, non lau-  
di atq; gloriae, omnes fortunis, multos fama  
vitaq; pri uavit. id. de claris Orat. Cn. Pom-  
pejus vir ad omnia jumma natus.

AC.

## Nominis

51

*Accusativus vel Ablativus post Nomen.*

**A**djectiva, quibus generalis dimensio significatur, *Accusativum vel Ablativum casum postulant*, qui certam mensuram significet. *Liv. Fossam sex cubit is altam, duodecim latam cum duxisset, extra duplex vallum fossæ circumdedidit Columella, esto ager longus pedes mille, & ducentos, latus pedes centum viginti.*

*Ablativus post Nomen.*

**E**x torris, nudus, dignus contentus in avis  
Atque refertus, inops, locuples, alienus  
onustus.

*Immunis, plenus, cassus, dives, potensque,  
Tum fatus, vacuus, tum captus, praeditus  
orbis.*

*Indignus, liber, viduus sibi jure Latinum  
Assumunt casum: ut summo vir dignus ho-  
nore.*

## OPVS.

**O**pus nomen *Adjectivum, accidente verbo substantivo. Ablativum postulat. Ter. Andr. Nihil est hac opus est arte, ad hanc rem quam paro. Cic. ad Attic. Apud Terentiam gratia opus est nobis, & tua au- thoritate.*

*Sæpè etiam cum Substantivis more adjecti- vorum consentit, neque tamen in casus de-*

## De Constructione

clinatur. id. ad Curionem. Dux nobis & au-  
tor opus est. id. ad Tironem. is omnia pollici-  
zus est, quæ tibi esset opus. id. ad Att. Dices  
nummos mihi opus esse ad apparatum trium  
phi. Liv. Scipio ad comparanda ea, quæ opus  
erant, tempus habuit.

## Ablativus cum Præpositione.

**A**djectiva diversitatis, & numeralia ordinis  
Ablativum cum Præpositione A. vel Ab. ad-  
mittunt. Ci. certa cum illo, qui à te totus  
diversus est. id. ad Att. Navigationis labor  
alienus ab ætate nostra. id. Post autem con-  
fida à Carneade, qui est quartus ab Arce-  
sila. Hirtius, imperio & potentia, secundus à  
rege.

Item Securus, liber, Vacuus, purus, nudus, in-  
ops, orbus, extorris. Cicero in Verr. Hū quidem  
temporibus in omni orbe terrarum vacui,  
expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni  
punctu, molestia, munere. id. pro domo sua.  
Tam inops aut ego eram ab amicis, aut nu-  
da Reb. à Magistratibus.

## Comparativa.

**C**omparativa utimur cum Ablativo, quan-  
do vel plura diversi generis comparantur  
Ci. in Cat. Luce sunt clariora nobis tua con-  
silia. Majora sunt p[ro]emiis pericula.

Vel cùm duo ejusdem aut diversi generis conferuntur. Cic. ad Octavium: Quæ non posterior dies acerbior priore: & quæ non sequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit: Virtus multò pretiosior est auro.

## APPENDIX I.

Ablativus Comparativi intercedente conjunctione Quām, mutari potest in calum verbo congruentem. Cic. in Verr. Tu innocentior, quā Metellus? id. ad Attic. Nemo unquam nec Poeta, nec Orator fuit, qui quenquam meliorem quām se arbitraretur. Liv. Melior, certiorq[ue] est tuta pax, quam sperata Victoria. Terent. in Phorm. Ego hominem callidiores vidi neminem, quam Phormionem.

## APPENDIX II.

Comparativa quemadmodum & cætera Adjectiva, cùm partitionem ad significant, Genitivum desiderant. Liv. In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant.

Auctores tamen sæpius Ablativo utuntur cum præpositione E. vel Ex, Cic. Att. Ante scripta Epistola ex duabus tuis prior mihi legi cæpta est. Plinius ad Cominum Minorum ex duobus liberis amisit.

De Constructione  
APPENDIX III.

Præter suum calum admittunt Comparativa Ablativum significantem excessum. Hencules fuit procerior tecubito. Curt. Turres denis pedibus quam murus altiores sunt.

Item calum inæ positionis. Cic. ad Plancum  
Miki nemo est amicior, nec iucundior, nec charior  
Attico.

Denique hos Ablativos, Opinione, Spe, Æquo, Justo, Solito, Dicto, Cic. ae Claris Orat. Opinione ego omnium, majorem capi dolorum. Liv. Reate saxum visum volitare; Sol rubore solitus magis, sanguinique similis.

Ablativus significans laudem, viterationem, partem.

Pleraque adjectiva Ablativum postulant significantem laudem, viterationem, vel partem. Q. Cicero de petitione consulatus; Non erit difficile certamen cum iis competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitiis nobiles. Cic. de Orat. Sunt quidam aut ita lingua hæsitan tes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti & agrestes, ut etiam si ingenii, aut arte valeant, tamen in Oratorum numerum venire non possint. id. in Verr. Ob ius dicendum M. Octavium Ligarem, hominem ornatum loco, ordine,

nomine, virtute, ingenio, copiis poscere pecuniam non dubitavit. Salust. Ex altera parte C. Antonius pedibus aeger, quod prælio adesse nequibat M. Petrejo legato exercitum permisit.

## APPENDIX.

Ablativum partis frequenter in Accusativum mutant Poetæ. Virg. Os humerosque Deo similis. Horat, excepto quod non simul esses cætera laetus.

Item Historici, sed ratus: Liv. Phalarica est Saguntinis missile telum, bastili ob longo, & cæteræ tereti, præterquam ad extremum. Pom. Mela. Sarmatæ totum braccati corpus, & nisi quæ vident, prætiam vestiti.



## CONSTRVCTIO PRO- NOMINIS

Pronomina demonstrativa, cum substantiæ ponuntur, patrium casum admittunt.

Cic. ad Cælium. Hoc ad te litterarum dedi. idem de Orat. Quoniam id temporis est, surgendum censeo, id Attic: Res est eodem loci, quo reliquisti.

## APPENDIX

Pronomen Idem, cum Dativo apud Poetas

## De Constructione

reperitur. Horat. in Arte Poetica: Invitum, qui servat, idem facit occidenti. Ora-  
tores verò sic loquuntur. Cic. de Offic.  
Peripatetici quondam iidem erant, qui A-  
cademici. Ex eodem in Orat. Sit igitur hoc  
cognitum, numeros oratorios eodem esse, qui  
junt Poetici. id. de Nat. Deor. Dianam &  
Lunam eandem esse putant.

### Genitivus post Possessiva.

Possessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester,  
loco Genitivorum Mis. Tis. Sis. Nostrum. Ve-  
strum posita, Genitivum postulant. Cic. ad Mar.  
Molestè fero, me consulem tuum studium A-  
dolescentis perspexisse. te mecum, cùm id æ-  
tatis sim, perspicere non posse. id. in Anton.  
Tuum hominis simplicis peccatus vidimus. id.  
Att. Non debes mirari, non posse me tanto  
dolori resistere: solum enim meum peccatum  
corrigi non potest. Horat. s. Cùm mea Scri-  
pta nemo legat, vulgo recitare timentis.

### Genitivi Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri.

**V**erba, Participia, & nomina Adjectiva, quæ  
patrium casum postulant, Genitivis Mei,  
Tui, Sui, Nostri, Vestri, gaudent. Cic. Att.  
Teoro, ut quibus in rebus mei, tui indige-  
bunt, nostris miseriis ne desis. id. pro Rab.

Postb. Equitem Romanum veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem sui, labentem excepit. id. in Catil. Babetis ducom memorem vestri, oblitum sui. Cæsar ad Cic. Nihil enim malo, quam & me me similem esse, & illos sui.

## EXCEPTIO I.

Interest tamen, & Refert, Ablativos Mea, tua sua, nostra, vestra, sibi vendicarunt: quibus Ablativis addi possunt Genitivi, Unius, solius ipsius, ceterique qui possessivis adduntur. Ut Mea unius interest: Tua solius refert: Nostra ipsorum interest vitia extirpare: Tua Rempublicam administrantis interest semper vigilare.

## EXCEPTIO II.

Nomina Numeralia, Partitiva, Comparativa & Superlativa, Genitivos Nostrum, vestrum exigunt. Liv. Imperium summum Roma habebit qui vestrum primius, o juvenes, osculum matris tulerit. Curt. Nolo singulos vestrum excitare. Cic. ad Q. Frat. Domus utriusq; nostrum aedificatur egregie. id. contra Rull. Omnibus vobis, aut majori vestrum parti. Maximus natu vestrum.

Pronomina post Substantiva.

Possestiva Meus, tuus, suus, noster, vester, coherent cum Substantivis, genere, numero

## De Constructione

casu, cùm posseſſio, vel actio significatur, ut liber meus, ager tuus, ſtudium noſtrum, labor veſter.

### EXCEPTIO.

At ſi Subtantiva ſignificant partem aliquam generalem corporis, ſive animi, cuiusmodi ſunt Pars, Dimidium, Aliquid, Genitivis primitivo-rum utemur: ut Nullam partem mei amisi, hoc eſt, non amisi manum pedem, memoriam. Amifisti ne quidquam tui; Cic. de finib. Cui proposita eſt conservatio ſui, necelle eſt huic partes quoque ſui cariores eſſe. quo perfectiores ſint Tereut. Adelph. Tetiginetui quidquam? Quinct. Minimam partem mei habent.

### APPENDIX.

Subtantiva, quibus ambigua eſt significatio ut Charitas, amor, memoria, desiderium, cura, itemque cætera, ſi poſſeſſionem, actionemve ſignificant, poſſeſſivis adhærefcunt: ut Amor meus, desiderium meum, quo amo, desidero que. Si passionem ſignificant, Genitivos mei, tui, ſui, noſtri, veſtri flagitant; ut Amor mei, desiderium mei, quo amor, desideror. Cic. Attic. Dionysum flagrantem desiderio tui miſi ad te, idem ad eundem: Aviam tuam ſcio desiderio ſui mortuam eſſe. id. ad Plan. Me impulit tui charitas id. ad Q. Frat Nunc decedens relinque, queso, quam jucundiffimam memoriam tui. Quinct. Postquam mei cura diſceſſerat, Matrem, inquit, tibi per haec merita commendo.

Ali-

Aliquando utrumque conjungitur. Cic. Att.  
 Nicias te, ut debet, amat, vehementerque  
 tui sua memoria delectatur. id. Cornificio:  
 Gratia mibi est vehementer memoria nostri  
 tua.

*Reciproca Sui, sibi, se.*

**R**eciproca Sui, sibi, se, utimur cum tertia  
 persona transit in seipsum, ut Cæsar recor-  
 datur sui, indulget sibi, amat se, loquitur se-  
 cum. Cic. de Finib. eorum est hac querela, qui sibi  
 chari sunt, seque diligunt. id. de Nat. Deor. ipse  
 sibi displicet.

Et accidente altero verbo: ut Marcellus te  
 Cæsar procatur, ut miserearis sui, ignoscas sibi, se  
 in fidem tuam suscipias, ne se hostem existimes. Cic  
 in Orat. Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mi-  
 hi persuaseret, ut se dimitterem. id. pro Sext. Rosc.  
 Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctes-  
 que stimulat, ac pungit, ut evellaris, postulat. id. Att  
 Qui etiam à me petierit, ut secum, & apud se es-  
 sem quotidie.

*Reciprocum sens.*

**R**eciproco suus utimur, cum tertia persona  
 transit rem à se possessam: ut, Cic. recorda-  
 tur Tironis liberti sui indulget liberis suis: de-  
 fendit suos clientes, scripsit hanc epistolam manu  
 sua. Cic. in Ver. Aiebat multa sibi opus esse, multa  
 canibus suis. idem de Orat. Si fer a fer è partus suos  
 dili-

De Constructione  
suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?

Et accedente altero verbo: ut Timet Pompejus, ne à suis veter anis deseratur. Rogat te Cesar ut suas partes se quaris.

#### APPENDIX.

Utimur præterea Reciproco Suus, cùm res possessa in possessorem transit. Cic. Ait. Ulcentur illum mores sui. id. de Arusp. Sua Concio risit hominem. id. pro Sest. Hunc sui cives è civitate ejecerunt. id. Att. indulxit illi quidem Iuns pater semper.



#### PRÆPOSITIONVM CONSTRVCTIO.

**V**erba absoluta, & intransitiva præpositionum beneficio, in casus transeunt. Cic. de Orat. Cùm etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sedebret, Antonius autem in ambularet cum Cotta in porticu, repente eò Quindius Catulus ienex cum C. Julio fratre venit.

Transitiva præter proprium casum, etiam præpositiones cum suis casibus admitt-

mittunt. Cic. de Amic. Nihil est amabilius virtute nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quedammodo diligamus.

Verba composita sœpe casum præpositionis habent. Cic. de Finibus. Cur ipse Pythagoras & Ægyptum instravit, & Persarum Magos adiit? id. ad Q. Frat. Cum subito bonus Imperator no[n] in urbem hostium invasisset, in senatum se non committebat.

Et repetita præpositione. id. in Verr. Ceteri heredes adeunt ad Verrem id. in Anton. in Galliam invasit Antonius in Asiam Dolabella, in alienam uterque provinciam.

Hanc repetitionem amant multa verba, composita ex præpositionibus. A. Ab. Ad. Con. De. E. Ex. In. idem de Amic. Tu velim a me animum parumper avertas. Lalium loqui ipsum putas. id. ad Q. Frat. Abduco e quidem me ab omni Reipubl. cura.

### Casus Præpositionum.

**A**ccusativo serviunt, Ad. apud, ante, adversus, vel adversum, cis. citra, circiter, circa, circum, contra, erga, extra, intra, inter, infra, juxta, ob, penes, per, pone, post, prope, propter, præter, secundum, supra, secus, trans, ultra, versus, usque. Cic. in Brut. In pratalo prope Platonis statuam consedimus, id. Att. Secundum te,

## De Constructione.

te, nihil est mihi amicus solitudine. id. in Ver.  
Erant acceptæ pecuniaæ à Cajo Verrutio, sic  
tamen ut usque ad alterum R. litteræ con-  
starent integræ, reliquæ omnes essent in li-  
tura.

## VERSUS.

**V**ersus sui casui postponitur. Cic. Att. Verti-  
me à Minturnis Arpinum versus. Sulpitius  
Ciceroni. Ex Asia rediens, cùm ab Ægina  
Megaram versus navigarem, capi regiones cir-  
cum circa prospicere.

Ablativo gaudent A. ab. abs. cùm. coram.  
clam. de. e. ex. pro. præ. procul. palam. sine.  
Cic. in Pis. Mihi vero ipsi coram genero meo, pro-  
pinquo tuo, quæ dicere ausis es? id. Att. Paulo  
clam iis eam vidi. Terent. Heaut. Præ iracundia  
Mendeme non sum apud me. Liv. Rem creditori  
palam populo solvit. id. Haud procul occasu solis  
redeundi in castra tempus erat.

## TENVS.

**T**enus quemadmodum versus, postponi-  
tur, atque ferè partim calum desiderat, si  
nomen sit multitudinis. Cicero in Arazo-  
G Cepheus conditur ante Lumborum te-  
nus. Cælius Ciceroni: Rumores illi de Co-  
mitiis Cumarum tenus calluerunt.

Sin singulare sit nomen, Ablativo gaudet.

Liv.

Liv. Adeò nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret.

## A. AB. ABS.

**A** Consonantibus præponitur. Cic. in Ant. Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.

Ab. Vocalibus. id. Att. Cura & effice, ut ab omnibus & laudemur, & amemur.

Et nonnullis Consonantibus pro Cluent. Ab nullo ille liberalius, quam à Cluentio tractatus est. id. Att. Rex ab Senatu appellatus est. Præcipue L. R. & I. ut, ab Legatis, ab Romanis, ab Jove.

ARS. T. & interdum Q. Terent. Andr. Ode ve itane contemnor abste? id. Adelph. Abs quavis homine beneficium accipere gratum est.

## IN SUB SUPER.

**I**N. Sub. Super. modò Accusativum, mòdò Ablativum pro varia significazione postulant. IN. cum Verbis motūs Accusativum amat. Cicero in Catt. Egredere ex urbe Catilina in exilium proficisci.

Item pro erga, contra, ad, pro, per: ut Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos. Olera & pisiculos minutos fero obulo in cenam. Commodavi tibi librum in horam, diem, mensēm, annum. Cicero in Cat. Crescit in dies singulos hostium numerus.

Cùm verò quies, aut aliquid fieri in loco si-  
gnifi-

## De Constructione

gnificatur, Ablativo gaudet: ut sum in templo, Deambulo in foro. id. ad Att. in hac solitudine careo omnium colloquio.

Et cùm ponitur pro Inter. Cic. de Amic. Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

## S U B.

**S**UB ferè accusandi casum postulat pro Circu-  
ster, per, paulò, ante, Denique cùm tempus  
ad significat: ut Sub vesperum: sub noctem;  
sub lucis ortum: Sub idem tempus, hæc ge-  
sta sunt. Cæsar Pompeius sub noctem na-  
ves solvit. Liv. Sub equestris finem certa-  
minis, coorta est peditum pugna.

Idem pro, post. Cicero Planc. Sub eas litté-  
ras statim recitatæ sunt tuae.

Et cùm verbis Motus: ut Clodius se sub sca-  
las taberna librariae conjecit. Nix sub aspectum &  
tactum cadit.

Cum verbis quietis Ablativum petit: ut  
Concedimus sub umbra platani. Sub nomine  
pacis bellum latet.

## S U P E R.

**S**Vper, Accusativo servit, cùm præpositioni  
Subter contraria est, maximè cum motus  
significatur: ut sedeo super saxum: tegulace-  
cidit super caput.

Item cùm significat Inter: ut Super Canam  
occisus est. Præter; Super cetera Icelera hoc

Præpositionum 58

etiam facinus commisisti. Ulta: Erant su-  
per mille Imperatores imperante Augusto.

Ablativo adjungitur, cùm pro DE ponitur  
Cic. Att. Hac super re scibam ad te Rhegio.

Et interdum cum verbo quietis, maximè  
apud Poetas. Virg. Hic tamen hac mecum pote-  
ris requiescere nocte, Fronde super viridi.

S U B T E R.

SUBTER, fermè accusandi casum poscit, si-  
ve quietis, seu motus verbis adjungatur.

Cic. I. Tusc. Plato iram in peccatore, cu-  
piditatem jubter præcordia locavit.

PRÆPOSITION VERSA IN  
Adverbium.

PRÆPOSITION, cùm casu privatur, in Adver-  
biūm migrat. Cic. Att. Tu adventare, ac  
propè adesse jam debes. id. pro Flac. Multis  
post annis pecunia recuperata est. id. de Nat.  
Deor. Sensibus, & animo ea, quæ extra sunt,  
percipimus.

PRÆPOSITIONES ALIIS

Præpositionibus præposita.

PRÆPOSITIONES non nunquam aliis præposi-  
tionibns præponuntur. Cic. ad Att. Ibi esse  
volo usq; ad pridie Kalendas Majas, id, ad eundem.

## De Constructione.

**D. Q.** Fratre muncii nobis tristes nec vani  
venerunt, ex ante diem nonas Junias us-  
que ad pridie Kalendas Septembres.

Uisque tamen ferè alteram præpositionem  
desiderat. id. Verr. Maximis in laudibus usque  
ad summam Jenectutem summa cum gloria  
vixit. Terent. Eunuch. Ex Aethiopia est  
usque buc. Cicero de Nat. Deor. usque à Tha-  
lete enumeravi sententias Philosophorum.

Nisi præponatur nominibus oppidorum.  
**Cic.** in Ver. Sacerdotes usq; Ennam profecti  
sunt. Ter. Adel. Miletum usque obsecro?

---

## CONSTRVCTIO ADVER- BII.

### Nominativus post Adverbium

**E**N ecce, nominandi, seu acculandi casum  
admittunt. Cic. pro Deiot. en crimen, en  
causa. Plaut. Amph. En tectum, en te-  
gulas, en obductas fores. Cicero in Verr. ec-  
ce nova turba, atque rixa. id. de Finibus.  
Ecce miserum hominem, si dolor summum  
malum est.

### Genitivus post Adverbium.

**S**atis, abundè, affatim, parùm, instar, partim,  
Sergò, pro causa, Genitivum calum postulant  
Terent.

*Terent. Phorm. Satis jam verborum est. Cic.  
de Clar. Orat. Plato mibi unus, instar est  
omnium. Liv. victoriæ navalis ergo, in u-  
num diem supplicatio decreta est.*

## ADVERBIA SUPERLATIVA.

**I**tem Adverbia Superlativa à nominibus orta  
*Cic. de Clar. Orat. Maximè omnium  
nobilium Græcis litteris studuit. id. ibid.  
Jaepissimè audio illum omnium ferè Orato-  
rum Latinè loqui elegantissimè.*

## ADVERBIA LOCI

**V**bi, ubinam, ubicunque, ubivis, quovis,  
quoquo, nusquam, Genitivos terrarum,  
Genitivum eleganter admittunt. *Cic. Att.  
Quid ageres, ubi terrarum essem, ne suspicabar  
quidem. Terent. Adelph.--- Fratrem nusquam in-  
venio gentium.*

Dicitur & longè gentium, *Cicero Attic.* Tu  
longe gentium abes.

Huc spectant Adverbia, eò, Huc, *Liv.* Eò con-  
suetudinis adductares erat, ut quocunque noctis  
tempore sibilo dedissent signum, porta aperiretur.  
*Senect. eò scelerum peruentum est, ut parricida  
pater pater adsit. Curt. Huc enim malorum ven-*

## De Constructione.

tum est, ut verba mea eodem tempore, & Alexandro excujem, & Antiphani.

Pridie, & Postridie.

**P** Ridie & Postridie, & Genitivum, & Accusativum casum petunt. Cic. Att. Pridie ejus diei venit. id. Appio; Pridie Nonas Junii, cum essem Brundusij, &c. Cæs. Postridie ejus diei Cæsar præsidio utrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit. Cic. Att. Postridie ludos Apollinares.

Datius post Adverbium.

**Q**vædam dandi casum petunt more eorum unde deducuntur: ut Congruenter, convenienterq; naturæ vivere. Dicere convenienter rationi. Obviam alicui ire, procedere, prodire. Nam congruens, conveniens obvius, Dativo gaudent. Cic. de Fin. Non quæro quid dicat, sed quid convenienter rationi possit, & jententia suæ dicere. id. Cæsari ex Hispania redeunti obviam longissimè processisti. Plin. Platom sapientia antistiti Dionysius tyranus vittatam navem misit obviam.

Accusativus post Adverbium.

**P**ropius, proximè, accusandi casum exigunt Cic. Epist. ad Octav. Cur castra longius adversiorum castris, & propius, bene moventur.

*tur id in M. Ant. Brutus operam dat, ut cum suis copiis quam proxime Italiam fit.*

## A B H I N C.

**A** Bhinc, verbis præteriti temporis junctum Accusativum, seu Ablativum postulat.

*Cicero in Verr. Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus. id. pro Quinct. Quo tempore? abhinc annis quindecim.*

## Ablativus post Adverbium.

**C**omparativa Ablativo gaudent. Cic. de Invent. Lacryma nil citius arescit. id. ad Curionem. Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit, teipso. Terent. Hecyr. Dies triginta, aut plus eo, in navi fui. id. Heaut--- Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut coniicio

## Adverbia Loci.

**A**dverbia, quibus interrogamus, sunt hæc  
Vbi, undè, quò, quà, quorūsum.

## Hic, Isthic, Illic. &amp;c.

**A**d interrogationem Vbi, redduntur hæc : Hic, isthic, illic, ibi, inibi: ibidem, alibi, alicubi, ubique, utrobique. ubilibet, ubivis, ubicunq; passim, vulgo, intus, foris, nusquam, longè, peregrè. Item suprà, subter, infrà, ante, post, extra cùm fiunt adverbia, Cic. ad Terquatum, Nemo est, quin ubivis, ~~qui~~ in ibi, ubi est, esse malit.

## De Constructione.

Hinc , isthinc , & cætera

**A**D Unde redduntur hæc : Hinc, isthinc, il-  
linc, inde, indidem, aliunde, undelibet, un-  
levis, undique, undecunque, undequaque,  
aliunde, utrinque, eminus, cominus, supernè,  
infernè peregrè, intus, foris. Terent. Heaut. Vide  
me quo hinc abeas longius.

Huc , istuc , & cætera

**A**D Quò redduntur hæc : Huc, istuc, illuc,  
eò, eodem, illò, aliquò, alio, neutro, utroq;  
quoquo, quocunque, quovis, quolibet, intrò, fo-  
ras, peregrè, longè, nulquam. Verent. Hecyr. Abi-  
Parmeno intro, ac venisse nuncia.

Hac , isthac , & cætera

**A**D Quà redduntur hæc: Hac, isthac, illac, ali-  
quà, qualibet, quacunque Ter. Eunuch. Plenus  
rimarum sum, hæc atque illac perfluo.

Horsum , istorum , & cætera

**A**D Quorsum, id est Quem locum versus?  
redduntur hæc : Horsum , istorum , illor-  
sum aliorum, deorsum, sursum, dextrorum, si-  
nistrum, levorum, prorsum , rursum , in-  
trorsum , vel intorsus, tetrorsum, vel retrorsus,  
quoquo versum , vel quoquo versus. Terent.  
Phorm. Horsum pergunt. id. ib. Sex ego te totos  
Parmeno hos menses quietum reddam , ne sursum  
deorsum cursites,

Ut

*Vt pro postquam, Quomodo*

**V**T pro postquam, indicativum petit. Cicero  
Attic. *Vt ab urbe dicessi, nullum prætermisisti diem, quin aliquid ad te litterarum darem*

Item pro quomodo, cum quadam admiratione. id: ad eundem Cn: noster, ò rem misseram & incredibilem, ut totus jacet. Ter. Eunuch. *Vt falsus es animi.*

*UT.*

**P**Ost has voces adeò, ita, sic, tam, talis, tantus tot, ferè nunquam ponitur Quod, sed Ut cum Subjunctivo. Cicero pro Rab. Adeone hospes hujuscē urbē, adeone ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ, ut hæc nescias? idem Tusc. I Non sum ita hebes, ut ista dicam

**A**Ntequam tum Indicativis, tum Conjunctionis jungitur. Cic. pro Muren. Antequam pro Murena dicere incipio, pro meipso pauca dicam. idem in M: Anton, Antequam de Rep. Patres C. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror: exponam vobis breviter consilium & profectionis, & rever-  
sionis meæ.

## De Constructione

Priusquam.

**P**riusquam, iisdem modis gaudet. Terent.  
And. Omnia experiri certum est, priusquam  
pereo. Cic. in M. Anton. Priusquam de Rep.  
dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Anto-  
nii injuria. id. pro Mil. Preclarè vixero, si quid  
mibi acciderit, priusquam hoc tantum mali vi-  
dero, Sall. Priusquam incipias: consulite, & ubi  
consulueris, naturè factò opus est.

Ne, vetandi.

**N**e, Subjunctivum petit, cùm aliquid pro-  
hibemus. Terent. Eunuch. Ne post confe-  
ras culpam in me. Liv. Ne tot annorum fe-  
licitatem in unius hora dederis discriminem.

Petit, & Imperativum, maximè apud Poetas  
Plaut. Perfa. Abi, ne jura, satis credo. Virg. Ne fugite  
hospitium, neve ignorate Latinos.

N  $\infty$ .

**N** $\infty$ , hoc est, Profectò, prænominibus præpo-  
situm, Indicativum, vel Conjunctivum  
petit. Terent. Adelph. Næ ego homo sim infelix  
Cicero in Anton. Næ tu, si id fecisses, melius fa-  
ma tua consuluisse. id. I. Vusc. Næ ille vir sapiens  
latius ex his tenebris, in lucem illam exceperit.

Per, Perquam, &c.

**P**er, perquam, sanè, valdè, oppidò, in primis  
cumprimis, apprimè, admodum, ve-  
he-

hementer, & alia id genus fere positivis gaudent. Cic. de Fnib. Hec quidem est pers facilis, & per expedita defensio. Id. de Orat. Quod mihi quidem per quam puerile videri solet. id. ad Ter. Sin ad nos pertinerent, servirent, praterquam oppido pauci. id. in Verr. Philodamus erat in primis inter suos copiosus. id. in eundem. C. Mustius homo cum primis honestus.

### Quam, affectibus serviens.

**Q**VAM, cum admirationi, commiserationi, atque interrogandi cum admiratione permittit servit, positivis jungitur, ut **Quam** multi avaritiae student. Heu quam fallaces sunt hominum spes, quam inanes cogitationes. Cic. de Amic. **Quam** multa, quae nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum. **Quindil.** **Quam** multa, immo penè omnia trahit Varro.

### Quam, pro Quantum.

**Q**VAM, pro Quantum, positivis præponitur. Cic. Trebatio: **Quam** sint morosi qui amant vel ex hoc intelligi potest. **Quam** gravatum hoc munus fore patrituo arbitraris? Nescis, quam sint stulti, qui suis cupiditatibus serviunt.

### EXCEPTIO.

**Q**VAM pro Quantum, cum verbo possum junctum, superlativis adjungitur. Cic. Catoni: **Quam** potui maximis itineribus ad Am-

## De Constructione

**A**manum exercitum duxi. id. de Nat. Deor. **A-**  
ves nidos construunt, eosque quam possunt, mol-  
lissime substernunt.

### QUAM UT

**Q**uam, ut, eleganter comparativa sequitur.  
**Cic. de Orat.** Hoc altius est, quam ut  
nos humili strati suspicere possimus

### QUAM pro Valde.

**Q**uam pro valde, Superlativis elegantissi-  
mè adjungitur. **Cic. Valerio Vebementer te**  
**rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mi-**  
**hi Cuspis quam maximas, quam primum,**  
**quam sepiissimè gratias agat,**

### TAM QUAM.

**T**am & quam positiva frequentissimè, su-  
perlativa rarius, comparativa rarissimè  
copulant. **Cic. in Orat.** Nemo orator tam  
multa, ne in Graco quidem otio scripsit, quam mul-  
ta sunt nostra. **Salust.** Quam quisque pessimè fecit  
tam maximè tuus est. **Terent.** Heaut. -- Namque  
adolescens quam minima in spe fitus erit, tam fa-  
cillime patris pace leges conficiet suas. **Cic. pro De-**  
**jot.** Per dexteram te istam oro. quam Regi Dejotaro  
hospes hospiti porrexiisti: istam inquam, dexteram,  
non tam in bellis, & in praliis, quam in promis-  
sis, & fide firmiorem.

Ponitur interdum Tam, separatim cum Su-  
perlativo. **Cic. in Anton.** Nondum erat vestris  
tam gravissimis, quam multis judiciis, ignominiosis  
que concisus.

AD-

## ADVERBIA IN U. M.

**A**dverbia in U. M. positivis gaudent: *ut Parūm, multūm, nimirūm, tantūm, quantum, aliquantūm.* Cic. Att. *Parūm firma sunt, quæ de fratre meo scribis.* id. in Rul. Socer *bujus viri multūm bonus est.* idem de finibus. *in rebus apertissimis nimirūm longi sumus.*

## ADVERBIA O. FINITA.

**P**aulò, nimiò, aliquantò, tantò, eò, quò, multo, Hòc, pro Tantò, comparativo adhærent. Cic. de Offic. *Quantò superiores sumus, tantò nos submissius geramus.* Cic. de Amic. Nec verò corpori solùm subveniendum est, sed etiam menti, atque animo multò magis. Plancus Ciceroni: certè hoc maius habes testimonium amoris mei: quò maturiùs tibi, quam cæteris consilia mea volui esse nota. Luceius Ciceroni, Ego valeo sicut soleo, paucò tamen etiam deterius, quam soleo.

## APPENDIX.

Multò etiam superlativis additur. Cicero in Verr. *Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multò molestissima.*

Item longè, pro Valdè. Cicero in Bruto. Longè post natos homines improbissimus C. Servibus: sed peractus; &c.

## De Constructione.

Facilè, Cùm sine dubio, sine contrôversia significat, superlativis gaudet, aut ijs, quæ eorum vim habent, id. pro Rabirio Postb. Virum unum totius Græcie facile doctissimum Platонem in maximis itineribus, insidiisq; veratum esse accepimus. id. pro Sext. Resc. Non solum sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis laude facile primus. id pro Cluent. Regionis illius, & vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Quintil. In affectionibus verò tum omnibus mirus, tum in iis, quæ miseratione constant, facile præcipuu;

---

## INTERJECTIONIS CON- STRUCTIO.

O.

**O** Tribus casibus adjungitur, Nominandi. Terent. Phorm. O vir fortis atque amicus. Accusandi. Cicero Terentie. O me perditum, O me afflictum. Vocandi. Terent. Andr. O Dave, itane contemnor abs te

HEU PROH,

**H** Eu, & Proh, modò nominandi, vel potius vocandi casum postulant: Virg. Heu pietas, heu prisca fides. Liv. Tantum, pro dolor, degener avimus à parentibus nostris.

Modò

Modò Accusandi. Cicero in M. Anton. Hēu  
me miserum, cur senatum cogor, quem  
semper laudavi, reprehendere? id. in Verr.  
Prob Deum, hominumq; fidem.

HEI, VÆ.

**H**EI, VÆ, Dativo gaudent. Terent. Heaut.  
Heimisero mihi. id, And. Væ misero mihi.]



## CONIUNCTIONIS CON- STRUCTIO

**C**Oniunctionis copulativæ, & disjunctivæ,  
cùm ad idem verbum referuntur, similes  
casus connectunt. Cicero in Ant. Quis non  
doléat interitum talis, & viri, & civis?  
Sall. Divitiarum, & formæ gloria fluxæ,  
atque fragilis est. Cicero de Senect. Quid de  
pratorum viriditate, aut arborum ordini-  
bus, aut vinearum, obliviorumque specie  
dicam.

Quàm, Nisi, An, Præterquam.

**Q**uam, Nisi, An, Præterquam, eosdem iti-  
dem casus postulant. Cicero Attic. An existi-  
mus ab ullo malle me legi, probari que quàm à te ?  
id.

## De Constructione

id. pro Sest. Quem unquam Senatus civem.  
nisi me, nationibus exteris commendavit?  
id. de Orat. Refert etiam qui audiant, Se-  
natus, an Populus, an Iudices. id. in Cat. Pro  
tantis rebus nullum à vobis præmium po-  
stulo, præterquam hujus diei memoriam  
sempiternam.

### EXCEPTIO.

**A**liquando huic constructioni certa di-  
ctionum proprietas abstat. ut Fui Roma,  
& Athenis. Aut Brundusij, aut Sulmo-  
ne mortuus est. Emistine librum centusse,  
an minoris? Malim Panormi, quam Syracu-  
sis esse.

Etsi, Tametsi, Quanquam.

**E**tsi, Tametsi, Quanquam, in principio sta-  
tim sententiae indicativum postulant Cic.  
Pro Milon. Etsi vere or Iudices, &c. id. Lent.  
Tametsi nihil mihi fuit opt atius. id. Plaut. Quan-  
quam gratiarum actionem à te desiderabam.

Alibi etiam Subjunctivum admittunt.

Quinct. Cædi vero discentes, quanquam receptum  
fit, & Chrysippus non improbat, minimè velim.

Etiamsi, Quamvis, Licet, Ut, pro  
Quamvis.

**E**tiam si, Quamvis, Licet, Ut, pro Quam-  
vis, Subjunctivo gaudent: Cicero de Amic.  
Omnia brevia tolerabilia esse debent: etiamsi ma-

xima sint. Idem in Ant. Homines quamvis in rebus turbidis sint, tamen si homines sunt, interdum animis relaxantur. Idem post redit in Senat. tantus uester consensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset meum, dignitas in patriam revertisset. Idem pro Quinto. Ut summa haberem cetera, temporis quidem certe vix satis habui.

NE. Causalit.

**N**E. Causalit, Conjunctionum amat. Terent. And. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. Idem Eunuch. Nunc metuo fratrem, ne intus sit. Idem And. -- Tum autem hoc timet, ne se deseras.

UT. NE. & NE. NON.

**V**ereor, Timeo, Metuo, cum Ut. aut Ne. junguntur, sed contraria significatione, Vereor, ut vellim, sed ut metuo, id quod vellim, non fiet. Vereor, ne nollim, sed ut metuo, id quod nollim fiet. Terent. Phorm. Vereor, ut placari possit, hoc est, vellim posse placari sed, ut timeo, non placabitur. Idem And. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali, hoc est, nolim aportare, sed ut timeo, aportabit. Ne non, idem est, quod Ut. Cicero Att. Timeo, ne non impetrem.

#### APPENDIX

Si tertiam addideris negationem, te omnime tu liberum significabis. idem in Verr. Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem, hoc est. Non dubito, quin hoc officium meum P. Servilio sem probaturus.

## De Constructione.

UT. NE. pro NE.

Lib. 3. **U**T NE pervenustè ponitur pro NE. Cicero  
in Verr. Impetrant, ut ne jurent. Idem ad  
Lib. 3. Quint. Frat. Opera datur, ut iudicia ne  
Li. 13. fiant. Idem Bruto, Semper animadverti, studiosè  
te operam dare, ut ne quis i meorum tibi esset igno-  
rum.

NI. NISI. SI.

Lib. 4. **N**I. Nisi, tūm Indicativum, tūm Conjun-  
ctivum amant. Terent. Andr. Asirium in-  
domi est Idem. Phorm. Ni nossem causam,  
crederem vera hunc loqui Cicero in Verr. Ni resti-  
tui sent statuas, vehementer his minatur. Nisi I-  
dem de Amicit. Ortiū quidem morticitie videtis,  
nisi quid adhuc fortè voltis. Ille: Nisi immor-  
talitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod  
homini fas esset, optare? SI. Terent. Andr. Si il-  
lēm relinquo, ejus vita timet: si opitulor, huic  
minas. ib. Si id facis, hodie postremū me vides.  
Cicero ad Attic. Si hortos inspexis, dederis mihi,  
quod ad te scribam: si minus scribam tamen a-  
liquid. Idem ad eundem: Expeditus facito, ut sis,  
Phil. 2. si inclam ero, ut accurras.

QUOD. Causalit.

Lib. 2. **Q**uod, cūm causam, ac rationem reddit,  
tam Indicativo, quam Conjunctivo gau-  
det. Cic. Att. Fecisti mihi per gratum, quod  
Serapionis librum ad me misisti idem ad eundem  
Lib. 3. Vixi nū illum diem videam, cūm tibi gratias a-  
gas: quod me vivere coegisti. Ad eundem: Ad-  
miras

miratus sum, quod ad me tua manuscripsit. idem de Divin. Vetus autem illud Catonis admisum scitur est, qui mirarise niescas: quod non rideret aruspex, aruspicem cum videret.

## APPENDIX.

Verbum Videor. Coniunctionem Quod refugit. Ne ergo dixeris: Videor mihi, quod sum doctus, quod es doctus, quod ille est vir doctus: sed videor mihi esse doctus, videris mihi esse doctus, ille sibi videtur esse vir doctus. Et numero multitudinis eodem modo: Videtur nobis esse docti: Videmini vobis esse docti: illi videntur sibi esse viri docti. Cicero Attic. Amores mihi fuisse videor, Lib. 9. idem ad eundem: Relegans mihi videor, postea Lib. 2. quam in Formiano sum idem in M. Ant. Nescio Phil. I. quid turbatus mihi esse videris. Terent. Andr. Sub. In Ep. tristis visus est esse aliquantulum mihi. Atticus Ad Att. Ciceroni: Sol excedisse mihi è mundo videtur. Liv. 9. Ne tibi, P. Cornelii: cum ex alto Africam consper- Bell. xeris, ludus & jocus fuisse Hispania tua videbun- Pun. 5. tur.

## QUIA.

**Q**uis, pro Quod, utrumque modum admittit. Cic. de Amic. Recordatione nostra Amicitie sic fruor, ut beatè vixisse videar quia cum Scipione vixerim. idem de Finib. Neque quisquam et, qui dolorem ipsum, quia dolor fit, amet idem in Verr. Quarta, uenit est urbs: que quia postrema adificata est, Neapolis nominatur.

## De Constructione.

### DE FIGURATA CONSTRUCTIONE.

**O** Ratio tres virtutes habere debet, ut *Emendata*, ut *Dilucida*, ut *Ornata* sit : quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt. Nam *Emendatae* *Barbara*, *Dilucidæ* *Obscura*, *Ornatæ* *Inornata* adverfatur.

### BARBARÆ ORATIONIS *Vitia.*

**D**uo sunt vitia, quibus oratio barbara, atque rustica, efficitur : *Solœcismus*, & *Barbarismus* : quæ, qui purè ac emendatè loquì volet, omni contentione, velis, ita ut dicam, remisque fugiet.

### QUID SIT SOLOECLISMUS *& quot modis fiat.*

**S**olœcismus Constructionis, atque emendatae orationis, de qua haecenus egimus, hostis infestissimus, est vitiosa partium orationis compositio. Is fit quatuor modis. *Adjectione*: cùm aliquid orationi contra præcepta Grammaticæ adjicetur, *ut*, *Scribo cum calamo*. *Ludo cum pila*. *Detractione*: cùm aliquid eodem modo detrahitur : *ut*, *Eo forum. Redeo agro* : *Nec hoc fecit, pro, Ne hoc quidem fecit*. *Transmutatione*: cùm partim orationis ordo turbatur : *ut*, *quoque ego. Enim hoc voluit. Autem non habuit*. *Immutatione*: cùm pars una orationis pro alia ponitur: *ut*, *Stulti graveferunt*

runt res adversas, Grave, pro graviter, nomen pro adverbio.

Fiunt Solœcismi etiam per cæteras orationis partes. Item per ea, quæ cognita sunt, id est, ejusdem generis, ac partis: ut, Eo intus, Sum intro. Quid huc agis? Quando hic venisti? Scripsitne Cicero hanc orationem, aut Hortensius? Aut pro An. Non feceris cuiquam injuriam, pro Ne. Eo apud forum.

Denique fiunt & per ea, quæ partibus orationis accidunt. Per genera; ut sapientes late fronte res adversas ferunt? Per calus, ut Quo is Roma. Venio Brundusij. Per numeros: ut, si unum ad te vocans, dicas, Venite. Per personas: ut, si quempiam honoris causâ ita allo quaris, Sedeat, Accedat, pro Sede, Accede. Per modos: ut Peto à te, ut mihi opem fers. Per genera verborum: ut Mox redeam, pro redibo, ponitur enim activum pro Neutro.

#### APPENDIX

Fuerunt, ut ait, Quintilianus, qui adjectio nis vitium, Pleonasmon: Detractionis Eclipsin, Transmutationis Anastrophen appellarint, negan tes hac virtus species esse Solœcismi.

#### QUID SIT FIGURATA CON stratio, Quid Figura.

Cum apud viros doctos, & qui purè loquendi Claude floruerunt, aliquid legerimus, quod Grammaticorum legibus repugnare videatur non continuo existimabimus, eo: Solœcismi fe cisse:

## De Constructione.

cuisse? cùm ipsorum auctoritate, testimoniisq; so-  
leant Grammatici ipsi sua praecepta confirmare.  
Nam sunt quedam, quæ faciem quidem Solœcismi  
habent, & rurisca tan en non sunt. Hoc novum  
loquendi genus Figura verborum aut sermonis,<sup>aut</sup>  
orationis, sive ut Graci loquuntur. *kima lexos*  
*appellatur.*

Est enim Figura, nova loquendi ratio à trito  
& vulgari sermone remota, quæ fere ratione ali-  
qua nicitur.

## ENALLAGE.

Enallage Figura est, cùm pars una orationis  
pro alia ponitur. Cic. Att. Quam turpis est af-  
sentatio, cùm vivere ipsum tempore sit nobis. Idem  
ad eundem. Philotimus non modo nullus venit,  
sed ne per litteras quidem, aut per numerum, cer-  
tiori fecit me. Terent. Andr. ita factio opus est.  
Fit etiam Enallage per attributa partium ora-  
tionis Per calus: Cicer o pro Sext. Rosc. Duo sunt  
Titi Rosci, quorum alteri Capitoni cognomen est.  
Per numeros: Plinius in Africa magna pars fe-  
rarum aestate non bibunt, inopiâ imbruum. Per  
modos. Terent. Andr. Si te a quo modo ferre ac-  
cipiet, ngligentem feceris. Cicero Attic. Respiraro,  
si te videro, Per tempora. Idem in Verr. Unum o-  
stende in tabulis aut tuis, aut patris tui, em-  
ptum esse vicisti.

## ECLIPSIS.

Eclipsis figura est; cùm id, quod in oratio-  
ne deest, foris omnino petendum est. Cic. ad  
Att.

*Att. Ego si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. Idem in Verr. Ridere convivæ, calumniari ipse Apronius. Idem Attic. Quid mihi auctor es? ad volone, an maneo? Idem pro Plan. Pro uno filio duo patres deprecatur.*

## ZEUGMA.

Zeugma figura est, cum id, quod in oratione desideratur, est proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, ceterisque attributis. Cicero in ultimo Parodoxo: Nulla possejus, nulla vis auri, pluris quam virtus aestimanda est. idem pro C. Rabir. Virtus & honestas, & pudor, cum Consulibus esse cogebat.

## SYLLEPSIS.

Syllepsis est, cum id quod in oratione dicitur, est proximo assumitur: mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo est ceteris accidentibus. Cicero in Verr. Risus populi atque admiratio omnium facta est. Livius. Nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factum est. Cicero ad Quint. Fratr. ille timore, ego risu corrui. Liv. Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei. idem. Pater ego, fratresque mei non in Asia tantum, sed et

## De Constructione.

iam procul ab domo , Aetlico bello , terrâ ,  
marique pro vobis arma tulimus.

## PROLEPSIS.

Prolepsis est, cum dictio aliqua totum significans praecessit, quæ rursus in partibus intelligitur. neque explicatur : ut , Duo Reges Romanam auxerunt, Romulus bello , Numa pace. Liv. ita duo deinceps Reges , alius aliâ viâ: ille bello, hic pace civitatem auxerunt Sall. Exercitus hostium duo , unus ab Urbe , alter à Gallia obstant.

## ARCHAISMOS.

Archaismos constructio est, qua prisca vetustas potissimum uita est. Ter. Eunuch. Nescio quid profecto , absente nobis , turbatum est domi. idem ibidem ? Ejectiuncta est hercle hæc animi molities , nimis me indulgeo. Plaut. Milit. Jura te non nociturnum esse hominem de hac re neminem. Cic. in Verr. Hanc sibi rem praesidio sperant futurum.

## HELLENISMUS.

Hellenismus est Constructio , quæ Græci sermonis leges , non latini observat. Lucetus ad Cicer. Si solitudine delectaris, cum scribas , & agas aliquid eorum , quorum conjueristi , gaudeo.

Virg. Montibus in nostris Jolus tibi certet Amyntas. idem

*Idem. Triste lupus stabilis : maturis frugibus imbræ.*

*Idem. Dulce jatis humor, depulsus arbutus hædis.*

*Id. Os humerosque Deo similis.*

*Id. Hæc fatus, latos humeros, subiectaque colla.*

*Veste super, fulvique insternor pelle leonis.*

### DE BARBARISMO.

**B**Arbarismus est dictio, aut omnino barba, ut Latina quidem, sed vitiosa scripto, vel pronunciatione barbara omnino, & peregrina: *ut perla*, pro *unione*, *Aviso*, pro *Admoneo*: & alia generis ejusdem. Latina dictio, vitiosa sit pluribus modis: Per genera: *ut Gladia* pro *Gladii*. Per numeros: *ut Scopa*, pro *Scopæ*; *Tritica*, pro *Triticum*. Per Declinationem, *ut Fames*, *famei*, pro *famis*: *Vasibus*, pro *Vasis*. Per Conjugationem, *ut Statui*, pro *Steti*: *Legebo*, pro *Legam*: *Veneravi*, pro *ve-neratus sum*.

Divisione, cum dividimus conjuncta, *ut Sylua*, *dissolvo*, *quatuor syllabarum*, pro *Sylva*, *dissolvo*, *trium*.

Complexione, cum divisa conjungimus, *ut Phaton*, pro *Phacton*.

Adiectione litteræ, *ut Reliquia*, pro *Reliquie gemino l.* pro simplici. *Alituum*, pro *alitum*.

Syllabæ, *ut Dicier*, pro *dici*; *Mavors*, pro *Mavis*, *Alpi*.

## De Constructione.

Aspirationis, ut *Hinsidia*, pro *Insidia*, cùm scribendum sit sine aspiratione.

Temporis, cùm syllabæ brevi, quæ unum habet tempus, additur alterum, ut fiat longa: *Italia prima longa*, pro *brevi*.

Detractio[n]e litteræ, ut *Peculi*, pro *peculij*.

Syllabæ, ut *Temnere*, pro *Contemnere*.

Alpirationis, ut *Odie*, pro *hodie*.

Temporis, cùm syllabæ longæ, quæ duo habet tempora, unum detrahitur, ut fiat brevis. ut *Vnius*, *Affigit*, *media brevi*, pro *longa*.

Immutatione, cùm littera una, aut syllaba pro alia ponitur, ut *Olli* pro *illi*.

Transmutatione, cùm littera aut syllaba è suo loco in alienum transfertur, ut *Interpretator*, pro *interpretor*.

Fiunt denique barbarismi Tenore, cùm accentu alio pro alio utimur: ut si præpositio[n]e à iuis casibus separemus, e[st]asque tenore acuto, vel infexo pronuntiemus, ut, *ad eum*, *ab illo*, *a quibus*, *circum littora*: cùm gravi accentu, dissimulata constructione, simul cum suis casibus pronuntiandæ sint, tanquam si una esset vox.

## ADMONITIO.

**P**uer, cùm legerit apud Virgilium.

Nec ipses libertatis erat nec cura peculi.

Aut. Troas reliquias Danaum atque immisit Achillei.

Aut.

**Aut.** Alitusum pecudumque genus sopor altus habebat.

**Aut.** Italiam fato profugus. Lavinaque venit litora.

**Aut.** Vnius obnoxiam, & furias Aiacis Oilei.

Cum hæc inquam, & similia leget, ne putet principem Poetarum barbarissimum fecisse, multa enim Poetis permittuntur, quæ cæteris scriptoribus denegantur. Neque miretur, si apud M. Tullium Oratorum principem, Liperum, Sestertiū, Cognōram, Nōrunt, aliisque id genus verborum imminutiones offenderit: neque enim barbarissimi sunt detractione: si quidem à consuetudine, certissimè loquendi regulâ impetratum est, ut etiam Oratoribus sic loqui licet.

### OBSCURÆ ORATIONIS VITIA.

**V**erba inusitata, & à consuetudine quotidiani sermonis remota, obscuritatem, & tenebras orationi afferunt: ut, si quis oppido, pro valde dicat, Averruncare, pro Avertere. Eandem obscurat vitium, quod à Gracis Acyon, à Latinis Improprium dicitur, ut sperare, protimere.

**Virg.** Hunc ego si potui tantum sperare dolorē.

Item, Ambiguitas, quæ Amphibolia Gre-  
ce

## De Constructione.

*et appellatur: idq; vel in uno verbo, ut, Taurus,*  
*animal sit, an mons, an signum in cælo, an*  
*nomen hominis, an radix arboris, nisi distin-*  
*ctum, non intelligetur: Vel in sermone, ut Audi-*  
*vi Chremetem percusisse Nemeam.*

Obscuratur præterea oratio, cùm sermoni  
deest aliquid, quò minus plenus sit, & mio-  
sis, *Miosis*, hoc est, Diminutio dicitur.

Vel contrá, cum inani verborum turba,  
atque copiosa loquacitate obruitur oratio. *Fo-*  
*risonogiam* vocant.

Impeditur denique sermo, quò minus dilu-  
cidus sit, si longa *Parenthesis* intericiatur: aut  
si verba confusa, permistaque longius trai-  
ciantur. *Hoc* *at.*

*Namque pila lippis inimicum & ludere cru-*  
*dis.*

Rectus enim ordo est, *Namq; pila ludere, i-*  
*nimicum est lippis & crudis:* quod vitium *Syn-*  
*ehysis*, vel *Hyperbaton* obscurum, *hoc est, confu-*  
*sa ac perturbata verborum transgressio* voca-  
tur. Si hæc vitia vitabimus, dilucida erit or-  
atio.

## APPENDIX

Cùm orationis structura decoris gratiâ, va-  
riatur, neglecto simplici sermonis ordine, non  
vitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appel-  
latur, id est, transgressio verborum. *Cic. pro*  
*Eluent. Animadvertisi judices, omnem accusa-*  
*toris orationem in duas divisam esse partes.*

In

In duas partes divisam esse, simplex erat ordo, sed durus, & incomptus.

### HYPERBATI ALIQUOT species,

**H**yperbati, sive Transgressionis aliquot sunt species.

Anastrophe est duorum verborum ordo præposterus: ut, *Mecum*, *Tecum*, *Secum*, *Nobiscum*, *Quibus de rebus*.

Anastrophe illa, *Urbem quam statuo, vestra est*: *Eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit, pro Quam urbem statuo*: *Quem Eunuchum dedisti nobis, admodum dura est.*

*Tmesis* est, cùm verbum compositum dividitur, aliquà dictionè interposita. Cic. Att. *Per mibi gratum erit, si id curabis ad me perferendum.* Idem de Senect. *Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed extera bella.*

Ejusdem generis sunt illa. *Rem vero publicam penitus amisimus.* *Præclarum est pro patria regis publica mortem oppetere.*

*Parenthesis* est brevis sensus, sermoni, antequam absolvatur, interjectus. Cic. in M. Ant. *O præclarum Custodem ovium, ut a iunt, Lupum.* Liv. *Tantum; prob dolor, degeneravimus à parentibus nostris.*

## De Constructione

### INORNATAE ORATIONIS VITIA.

**C**acophaton est obscenum dictum, sive id uno verbo, sive pluribus, sive deformat litterarum concursu fiat. Tapinosis est, quā rei magnitudo, vel dignitas minuitur ut, si quis parricidam, hominem nequam vocet.

Tautologia est ejusdem verbi, aut sermonis iteratio: Verbi, ut, Nam cūjus rationis ratio non extat, ei rationi ratio non est fidem habere: Sermonis: ut, Ibant, quā poterant, qua non poterant, non ibant.

Vitanda est & nimia ejusdem litteræ assiduitas, ut, Quidquam, quisquam, cuiquam quod convenit, neget.

Macrologia est longior, quam oporteat, sermo. Liv. Legati, non impetrata pace retrō domum, unde venerant, abierunt.

Pleonasmos est vitium, cūm supervacuis verbis oneratur oratio: ut, Ego rōcis oculis vidi. Satis est enim Vidi.

Cavendum etiam diligenter est, ne Consonantes asperæ concurrent: ut S. ultima cum X. proxima, ut, Exercitus Xerxes.

Durior etiam sit concursus, si utraque seipsum sequatur: ut Ars studiorum, Rex Xerxes.

Vitandi & crebri vocalium concursus, qui vastam & hiantem orationem reddunt: ut, Bac-

Bacca ~~ane~~ et amanissime imperdebant. Viro optimo  
obtemperasti olim.

Illud quoque vitium est, si multæ voces e-  
iusdem exitus in unum locum congerantur,  
ut, *Flentes, plorantes, lacrymantes, ob-  
testantes.*

Et, si verbi prioris ultimæ syllabæ sint primæ  
sequentis? ut, *O fortunatam natam me consule  
Romam.*

### APPENDIX.

Si quando puer apud graves Oratores aliquid  
offenderit, quod supervacaneum, atque otio-  
sum esse videatur, ne id sine causa factum esse  
putet. Adduntur enim interdum quædam af-  
firmationis gratiâ. Terent. Adelph. *Hisce oculis  
egomet vidi. Vocemque his auribus hauſi.*

Adduntur & alia, quæ aut consuetudine, aut  
auctoritate, aut vetustate, aut necessitate de-  
nique excusantur. Cicero ad Att. *Vbi terrarum  
esses, ne Juspicabar quidem.* idem ad eun-  
dem. *Longè gentium abes, Ad eundem.* A  
Brundusio nulla adbuc fama venerat. idem  
de Senect. Adolescentulus miles prosector  
sum ad Capuam. idem in Verr. Cæteri bæ-  
redes adeunt ad Verrem. idem ad Q. Frat.  
Diem scito esse nullum, quo die non dicam  
pro reo. idem in Verr. impetrant ut ne ju-  
rent

De Constructione Figurata.  
rent. idem Marcello. Frater tuus quanti  
me faciat, semperque fecerit, esse hominum  
qui ignoret, arbitror ne-  
minem.



EMMANUELIS  
ALVARE SOCIETATE  
JESV, INSTITUTIONVM GRAM-  
MATICARVM

LIBER TERTIUS

De Syllabarum Dimensione, &c.



LABACI,

Typis, Iosephi Thaddæi Mayr, Inclytæ Provinciae  
Carnioliae Typographi.

Impensis Adami Scube Bibliopœgæ Labacensis.

---

ANNO M. DC. LXXXVI.





## DE GRAMMATICÆ INSTITUTIONE

### LIBER III.

**S**yllabæ fiunt vel ex una, vel pluribus litteris: ut *i*, *e*, *runt*.

Litteræ partim sunt vocales, partim consonantes. Vocales sunt sex, *A*, *E*, *I*, *O*, *U*, *Y*. Ex Vocalibus fiunt sex Diphthongi, *Æ*, *AU*, *EI*, *EU*, *OE*, *YI*, ut, *Premium*, *aurum*, *hei*, *Europa*, *Pæna*, *Harpyia*.

In Diphthongis *A*, *O*, *Y*, semper sunt Principes: *I*, & *U*, semper subditæ: *E*, & *præit*, & subit.

Consonantes in Mutas, & Semivocales dividuntur.

Mutæ sunt octo, *B*, *C*, *D*, *G*, *L*, *P*, *Q*, *T*.

Semivocales itidem octo, *F*, *L*, *M*, *N*, *R*, *S*, *X*, *Z*, ex quibus quatuor sunt liquidæ, *L*, *M*, *N*, *R*.

*M*, tamen & *N*, raro liquefcunt, idque in Græcis tantum in dictionibus, ut, *Tecmessa*, *Cygnus*

## De Syllabarum

Duæ X & Z sunt duplices, hoc est, valent  
duas Consonantes, X. C. S. vel G. S. ut Dux, Rex.

Veteres Z. per duplex SS. rcddebant, ut Mas-  
sa patrisso pitissso.

F. præposita liquidis, L. & R. vim habet mu-  
tæ.

S. quamvis immunis, ac sui juris sit ( neque  
enim inter liquidas, aut duplices numeratur )  
interdum liqueficit, ut suo loco dicemus.

H. sit ne littera, an aspirationis nota, du-  
bium, controversumque est.

I. inter duas vocales posita, Consonans est,  
atque duplex I. valet : ut Major, pejor.

Veteres I. geminabant, ut Maior, aijo, Maija.

I. & V. cùm vocalibus præponuntur, ealque  
comprimunt, fiunt Consonantes, ut Ianua, jecur  
conijcio, jocns, jndex: Vates, Velox, vita, vox, vul-  
tus.

Jota Græcorum nunquam est consonans :  
quare, in Jason, Jambus, Jasjis, & ceteris, quæ  
planè sunt græca, prima vocalis est.

Jod. apud Hebræos semper consonans est ,  
cùm vocalibus præponitur , ut Iesus, Ioannes ,  
Iacobus: Itaque qui hæc, atque alia eiusdem ge-  
neris nomina per I. consonantem efferunt, o-  
ptimè quidem pronuntiant : qui vero per Vo-  
calem, Græcos imitantur.

V. post Q. litteram semper liqueficit , ut  
Quare, quaro, quia, &c. At post G. & S. modò  
lique-

liquefcit , ut Lingua , langueo, anguis, extinguo ,  
suadeo, suavis. Modò integra est, suamque vim  
retinet , ut exiguis, suus.

Litteræ liquefcunt , cùm vim roburque Vo-  
calis, aut Consonantis admittunt.

### SYLLABÆ PARTIM BREVES , partim longæ , partim communes.

**S**Yllabæ , quas temporibus metimur , aut  
sunt breves , aut longæ , aut communes.

Tempus est spatiū , intervallumque , quo  
Syllaba pronuntiatur.

Syllaba brevis ex uno tempore , atque spatio  
constat , ut *At, Sed.*

Longæ ex duobus , ut *Ab, En.*

Communis est , quæ in versu tūm brevis ,  
tūm longa esse potest , quales sunt priores in *Atlas, Cyclops* : mediæ in *tenebra, latebra, pharetra*.

Nulla Vocalis apud Latinos perpetuò brevis  
aut longa est. Apud Græcos, Epsilon, & Omicron , quæ e. & o. breve valent , perpetuò sunt  
breves , ut *Origenes, Timotheus, Herodotus, Macedones.*

H. Eta , & Omega , quæ E. & O longum  
valent , semper sunt longæ . ut *Eremus, Idolum,*

# De Syllabarum



## PRÆCEPTA UNIVER- SA,

De Syllabarum Brevitate ac Longi-  
tudine.

Primum de Vocali ante Vocalem.

Vocalis ante Vocalem in Latinis  
dictionibus brevis est; ut, Puer,  
Fuit, Ruit.

Æn. 12 Virg. Disce puer virtutem ex me,  
verumq; laborem.

Æn. I. Idem. Lucas in urbe fuit media latissimus um-  
bra.

Idem. Urbs antiquaruit, multos dominata per  
annos.

### E X C E P T I O I.

Fio, I habet longum, nisi sequatur R, ut,  
Fiebam, fiam.

Satyr. 2 Iuvenal. Fient ista palam, cupient & in acta re-  
ferri.

Sin R. sequatur, breve est, ut Fierem, fieri,  
confieri.

Æn. 4. Virg.----nunc qua ratione quod instat,  
Confieri possit, paucis ad certe, docebo.

### E X C E P T I O II.

Interrogandi, ac dandi casus quintæ Decli-  
natio-

nationis, E ante I, producunt, ut, Diei, speciei,  
præter Rei, spei, fidei.

*Horat.* Ventum erat ad Vestæ, quartajam parte  
diei præterita.

Serm. I

Satyr 9

## EXCEPTIO III.

Genitivus in Jns, habet I longum in soluta  
oratione, in carmine cùm breve, tùm longum  
*ut Unius, illius*: præter alterius, quod ubique I.  
habet breve. Alius verò longum.

Æn. I.

*Virg.* Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei.

Epist. I

*Horat.* Nullius addictus jurare iœ verba magistrī.

## EXCEPTIO IV.

Ohe, priorem habet communem.

Lib. 4.

*Martial.* Ohe jam satis est, ohe libelle.

Cai, Pompei, Vultei, & si qui sunt simi-  
les vocandi casus, penultimam habent longam

*Martial.* Quod peto da Cai, non peto consilium.

Lib. 4.

*Ovid.* Accipe Pompei deductum Carmen ab illo, Depon

Debitor est vita qui tibi, Sexte, sue.

4.

## APPENDIX.

Aer, cho ea, platea, Cyther ea, elegia, Darius,  
& alia hujus generis, quæ vocalem ante voca-  
lem longam habent, Græca sunt.

*Ovid.* Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

Met. 2

*Idem.* Sapè sub his Eryades festas duxere chores.

Ib. 8.

L. 4

Virg.

## De Syllabarum

**En.** I. Virg. *Parce meiuCytherea, manent immota tuo-*  
*rum Fata tibi.*

Chorea , platea, interdum à Poetis corripiuntur.

**En.** 6 Virg. *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina*  
**Li.** I. *dicunt.*

**Epist.** I Hor. *Pura sunt plateæ, nihil ut meditantibus ob-*  
*slet.*

Nonnunquam soluta Diphthongo , ei in E.  
longam mutatur , ut Cythereia, Cithereia, Ele-  
gia, Elegeia.

**Met.** 4 Ovid. *Exigit indicii memorem Cythereia pœnam*  
**Eclog.** *Idem. Flebilis indignos elegia solve capillos,*

## APPENDIX II.

Idea, Andreas Philosophia, Symphonia, Ety-  
mologia, Orthographia , & alia quam plurima  
vocalem ante vocalem corripiunt, licet eadem  
nomina, acuta penultima , multi viri docti ,  
more Græcorum pronuntient.

**In Arte** Horat. *Vt gratias inter mensas symphonia discors.*

## PRÆCEPTUM II.

### De Diphthongis.

**D**iphthongus longa est tam in Græcis, quam  
in latinis dictionibus, ut Æneas, Melibæus  
præmium , laus.

**En.** 5 Virg. *Miratur molem Æneas magalia quondam.*

**Eclog.** *Id. OMelibæ, Deus nobis hac otia fecit.*

**I.** *Idem. En Priamus? sunt hic etiam sua præmia*

**Fn.** I. *landi,*

## EXCEPTIO.

Præpositio Præ, composita, cùm vocalem  
præcedit, brevis est. *Præuro præustus.*

Æn. I.

*Virg. Stipitibus duris agitur, sudibusq; præustis.*

## PRÆCEPTUM III.

## De Positione.

**V**ocalis ante duas Consonantes, vel unam  
duplicem ejusdem dictionis, longa est  
Positione. *ut Terra, Araxes, Gaza, ma-*  
*jora, Troia.*

*Virg. Terra procul vastis colitur Mavortia campis.* Æn. 7.  
*Luc. Sub juga iam seres, iam barbarus iisset Ara-*  
*xes.* Li. 1.  
Æn. 2.

*Virg. Arma virum, tabulaque & Troia gaza per*  
*undas.*

*Idem. Sicelides Musæ paulò maiora canamus.* Eclo. 4  
*Id. Hostis habet muros: ruit alto à culmine Troia.* Æn. 2.

## APPENDIX I.

Si altera Consonans fuerit in fine præceden-  
tis dictionis, altera in principio sequentis, vo-  
calis nihilominus longa erit: ut *At pius, A. lon-*  
*gum est Positione duarum Consonantium T.*  
*& P. quamvis sint in diversis dictionibus.*

*Virg. At pius Æneas per noctem plurima volvens.* Æn. 8

## APPENDIX II.

Si utraque Consonans, aut duplex fuerit in  
principio sequentis dictionis, terè nihil præce-  
dentem vocalem brevem juvabit.

K 5

Ovid.

# De Syllabarum

Met. 2. Ovid. ----- sedebat

In solio Phœbus claris lucente smaragdis.

Æn. 6. Virg. Phœbe graves Trojæ semper miserare labores.

Æn. 3. Id. Iam medio apparet suetum nemorosa Zachyntus

Lib. 2. Luc. Tales fama canit tumidum super aquora  
Zerxem

Construxisse vias.

Luente, Phœbe, nemorola, æquora, ultimæ  
habent breves, licet duæ consonantes, aut una  
duplex sit in principio sequentium dictionum,

## EXCEPTIO I.

De liquefcentibus.

Vocalis brevis ante Mutam & Liquidam e-  
iusdem dictionis in Carmine communis est :  
at in soluta ratione perpetuò corripitur, ut, Vo-  
lucris, Cyclops.

Met 13 Ovid. Et primò similis volucri, mox vera volueris.

Æn. 13. Virg. Ignariq; vie Cyclopum allabimur oris.

Ibid. Idem --- vastosque ab rupe Cycopas

Prospicio.

## APPENDIX I.

Vocalis ante F, & Liquidas frequentissimè  
corripitur: ut, Reflecto, refluo; reflo, reflagito, re-  
fringo, refrano.

Æn. 2. Virg. Nec prius amissam respexi, animumque re-  
flexi.

Met. 7. Ovid. Inque caput crescit, longosque reflectitur un-  
In Ep. gnes.

Idem. Ille refranat aquas, oblivaque flumina silit.

Horat.

- Horat. Postquam discordia terre Serm. I  
*Belli ferratos postes, portasque refregit.* Sat. 4.
- Interdum etiam producitur, ut, *Refloreo apud Silium.* Lib. 15
- Celsus cen prima reflorescente juventa  
 Ibat Consul ovans.*

## APPENDIX II.

Abluo, obruo, sublevo, adnitor: & cætera ex iisdem Präpositionibus composita, nunquam primam corripiunt necesse est enim, ut Muta & Liquida ad lequentem Vocalem spectent: *ut tenebrae, funeralis, lugubris.*

In Abluo & cæteris, Muta ad præcedentem Vocalem pertinet.

## APPENDIX III.

N, & N, raro liquefcunt, idque in Græcis dictionibus duntaxat: *ut, Tecmessa, Cycnus, Terapna, Ichneumon.*

Sili. *Ecce inter primos Terapna à sanguine clausi,* Li. 8.  
 Mart. *Delectat Mariuni si perniciosus Ichneumon.* Lib. 9.

## EXCEPTIO II.

I, inter duas Vocales in Compositis Biijugus Quadrijugus, simplex Consonans est: non duplex: quare meritò præcedens vocalis corripitur  
 Virg. *Interea bijugis infert se Leucagus albis.* En. 10.  
 Idem.

## De Syllabarum

Georg. Idem. Centum quadrijugos agitabo ad flumina  
G. curris.

### PRÆCEPTVM IV.

De Præteritis dissyllabis.

PRæterita dissyllaba habent priorem longam : ut *Vidi*, *Veni*.

En. 3. Virg. *Quos ubi confertos audere in pralia vidi.*

Ibid. Idem. *Venit summa dies? & ineluctabile tempus Dardanis.*

### EXCEPTIO,

Sto, do, scindo, fero, rapiunt bibo, finde priores.

Lib. 2. Mart. *Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas.*

Lib. 3. Lucan. *Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras*

Lib. 9. Virg. ---- liquefacto tempora plumbo.

*Diffidit, & multa porrectum extendit arena*

### APPENDIX

Compositum Abscidi, habet penultimam

Lib. 3. communem.

Lucan. *Abscidit impulsu ventorum adjuta vetustas.*

Lib. 4. Idem. *Abscidit nostra multum sors invida laudi.*

Lib. 6. Idem. *Illa comam lœva morienti abscidit epheba.*

Lib. 3. Mart. *Abscidit vultus ensis uterque sacros.*

## PRÆCEPTUM V.

**D**e Præteritis geminantibus primam syllabam  
**C**um prima syllaba Præteriti geminatur, ea-  
 dem & secunda brevis est, nisi obstant  
 duæ Consonantes. ut Tetigi, peperi, cecini.  
*Virg. Tityre, te patula cecini sub tegmine fagi.*

Geor 4

## EXCEPTIO.

Excipiuntur Cecidi à Cedo, Pepedi à Pedo,  
 in quibus secunda longa est, ut in ijs, in qui-  
 bus duæ Consonantes sequuntur, ut Cucurri,  
 tetendi.

*Inven. Ebrius ac petulans; qui fortè nullum ceci- Sat. 5.  
 dit, Dat pœnas.*

## PRÆCEPTVM VI.

*De Supinis diffylabis.*

**S**Vpina duarum Syllabarum habent priorem  
 longam; ut Visum, motum.

*Virg. Terribiles visu formæ, lethumq; Laborq; Lib. 6.  
 Id, Quos ego: sed motos praefat componere fluctus. Æn. I.*

## EXCEPTIO.

*At reor, atque sero, do, jungs ciere, linoque.*

*Ire, ruoque, queo, sru. rapuere priores.*

A reor, ratum, à reo, satum, à do, datum, à  
 cieo, citum, à lino, litum, ab eo itum, à tuo, ru-  
 tum, à queo quitum, à sino situm; Supina dil-  
 syllaba primam corripiunt.

Virg.

## De syllabarum

- Æn. 2. Virg. *Nos abiisse rati, & vento petuisse Myrenas.*  
Ibid. *Idem. At non ille, satum quo re mentiri, Achilles talis in hoste fuit Priamo.*  
Lib. 3. Val. Flac. *Vulnus, & extrema Jonuit cito cuspide cassis.*  
Ovid. *Hic situs est Phaeton, currus auriga paterni*

## APPENDIX I.

Citum à cieo, secundæ Declinationis, priorem brevem habet; unde **Concitus, excitus, penultima brevi.**

- Æn. 12. Virg. *Altior insurgens, & cursu concitus Heros.*  
Met. 1. Ovid. *Nec fruitur somno vigilantibus excita curris.*

Citum vero à cieo quarti Ordinis: priorem producit; unde **Concitus, excitus, penultima longa.**

- Lib. 5. Lucan. *Vnde ruunt toto concita pericula mundo.*  
Lib. 1. Idem. *Rupta quies populis, stratisq; excita juventus*

## APPENDIX II.

Ruo nunc facit ruitum Supino, priscis sæculis Rutum fecit, unde extant Composita, Epist. 1. *Dirutum, erutum, obrutum.*

- Ovid. *Diruta sunt aliis, uni mibi Pergama relevant.*  
Æn. 12. *Virg. Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum Pergama.*

## APPENDIX III.

Statum videtur priorem habere communem: inde

inde enim *status, ius, & status, a, um*, priore brevi oriuntur ; & composita, quæ per I, efferuntur , ipsam corripiunt ; ut , *Praesitum*.

Ovid. *Hic status in cœlo multos permanxit in annos* Fast. 4.  
Idem. *Musa quid à Fastis non stata sacrapetis :* Fast. 1.

Inde etiam staturus, constaturus, & quæ per A, efferuntur, eandem producunt.

Lucan. *Tunc res immenso placuit statura labore.* Lib. 1.  
Martial. *Constatura fuit Megalensis purpura cen-* Lib. 10  
*tum.*

## PRÆCEPTUM VII.

### De Supinis Pollysyllabis.

**S**Upina in T u M Pollysyllaba , præcedente SU, habent penultimam longam: ut *Solutum argutum, indutum, &c.*

Virg. *Luminarara micani: somno, vinoq; sepulti* En. 5  
*procubuere.*

Item in Tum, à præteritis in VI. per V. Confor-  
nantem, ut , Cupivi, cupitum, petivi, petitum.

Ovid. *Exuleram, requiesque mihi, non fama pe-* Trist. 4  
*tita est.*

## EXCEPTIO.

Agnovit tamen , & cognovi , agnatum , co-  
gnitum , penultimam brevem habent.

Ovid, *Idq; recens prestas nec longo cognitus usu.* Trist. 5

PRÆ-

# De Syllabarum

## PRÆCEPTUM VIII.

**S**Upina in Itum , à præteritis in Ut , per U,  
Vocalem habent penultimam brevem , ut  
Monui monitum : tacui tacitum .

**E**n. 6. Virg. Discite Iustitiam moniti , & non temnere  
Divos .

**I**dem. Quis te magne Cato tacitum , aut te Coſſe  
**A**n. 6. relinquat .

## PRÆCEPTVM IX.

*De Derivatis.*

**D**erivata sequuntur naturæ orī , à quibus de-  
rivantur , ut Legebam , Legam , lege , legito ,  
prima brevi , quia oriuntur à præteri lego ,  
legis , cuius prior itidem brevis est . Legeram , legis-  
sem , legero , legisse , prima longa ? quia a præterito le-  
gi nascuntur , cuīs prior etiam longa est .

Aratrum , simulacrum , ambulacrum , lava-  
rum , volutabrum , involucrum penultima longa ,  
quia à supinis aratum , involutum , ambulatum ,  
lavatum , volutatum , involutum deūcuntur , quo-  
rum penultima similiter longa est .

Reditus , exitus , introitus , penultima correpta :  
quia supina , unde fiunt , eandem habent brevem .

## EXCEPTIO.

Multa , quæ suæ originis naturam non se-  
quuntur , usu , affiduaque Poetarum lectione ,  
sunt dilcenda : cujusmodi sunt , Fomes , mobilis ,  
laterna , regula , quæ primam habent longam ,  
cum

cum verba: *Foveo, moveo, lateo, rego*, à quibus proficitur, eandem corripiant.

Contra *Lucerna, arista, sopor, vadum* primam corripiunt, cum verba *Luceo, areo, sopio vado*, à quibus declinantur, eandem producant

### PRÆCEPTUM X.

#### *De Compositione.*

**C**omposita brevitatem vel longitudinem simplicium sequuntur.

In *Perlego, relego*, E ante G. breve est, quia in simplici *Lego*: etiam corripitur. In *preterito perlegi, relegi*, producitur. quia in simplici *legi* itidem E longum est.

*Attigi, concidi, diffidi, ebibi rescidi*: I. litteram habent brevem: quia in simplicibus eadem Vocalis corripitur. *Tetigi, cecidi, à cado, &c.*

*Oblitum, insitum, circundatum, desitum*, penultimam ob eandem causam habent brevem: nam à litum sit oblitum, &c.

### APPENDIX

Quantitas simplicium servatur in Compositis, quamvis Vocales mutentur sic *concido, excido, incido, occido, recido, à cado* penultimam corripiunt: *Elico, seligo, à lego*. Contra. *Concido, excido, incido, occido, recido, à cedo*, eandem producunt: sic *Aliodo à lodo*. *Exquirro, requiro à querero*: *Obedio, obedis ab Audio*.

## De Syllabarum

Æn. 12 Virg. Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troja:  
Sat. 7. Iuvén. Occidit miserōs crambē repetita magistrōs.

Hæc à simplicibus longis orta corripiuntur,  
Dejero, pejero à juro, Pronuba, innuba a Nubo. Se-  
misopitus, à sopitus. Maledicus, causidicus, veridicus,  
fatidicus, à dico. Nihilum ex NI & hilum.

Ser. 2. Horat. Stultitiae erret, nihilum distabit, an ira  
Sat. 3. Connubium à Nubo, secundam syllabam  
habet communem.

Æn. 3. Virg. Hectoris Andromache, Pyrrhin connubia ser-  
vas.

*Id. Connubio jungam stabili, propriamque dicabo*

Æn. 1.

## DE PRÆPOSITIONUM COM- POSITIONE.

AB, ut	Abeo.
AD.	Adoro.
ANTE	Antefero.
CIRCUM	Circumago
IN	Inuro.
OB	Obeo.
PER	Pereo
RE	Refero
SUB	Subeo
SUPER	Superaddo

BREVES SUNT.

Sat. 7. Item A. Græca Præpositio. ut Adamas, ady-  
tum, atomus.

Iuvén. Circumagat madidas à tempestate cohortes.

Virg.

**Vir.** *Talia voce refert, ò terg̃ quaterg̃ beati.*  
**Ovid.** *Immolar bunc Briarus, facia ex Adamante securi.*

**Virg.** *Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla.*

*Refert, hoc est, Interest, seu necesse est, Re habet longum.*

**Mart.** *Multum, crede mihi, refert à fonte bibatur  
Qui fluit, an pigro cùm stupet unda lacu.*

**Virg.** *Neque enim numero comprehendere refert.*

## PRÆPOSITIONES

*longæ*

**A** *E. DE. DI. SE. longæ sunt, ut Amitto,  
erumpo, deduco, diripio, separo.*

**Virg.** *Amisso longo socios sermone requirunt*

**Id.** *Deducunt socii naves, & littora complent.*

**Id.** *Tergora diripiunt costis, & vistera nudant.*

## EXCEPTIO.

*Dirimo, & Disertus, DI. corripiunt.*

**Virg.** *Cede Deo, dixitque & prælia voce diremit.*

**Mart.** *Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata.*

*Non tu Pomponi, cœna diserta tua est.*

## PRO PRÆPOSITIONE.

**P**ro præpositio brevis est apud Græcos, *ut*  
*Propontis: longa apud Latinos, ut Proveho.*

**Ov.** *Misit in has si quos longa Propontis a-  
quas*

## De Syllabarum

De Pon Virg. Provehimur portu, terra que vrbes-  
que recedunt.

En. 3. EXCEPTIO.

Corripe quæ fundus, neptis, fugioq; neposq;  
Et fari, fessus, fateor fanumq; crearunt.

Huc profugus spectat, cui iunge profano,  
protervus.

Huc proficij cor ades, properat, procella, pro-  
fecto.

Tuq; propagogenus, vitis propago recede.

En. 1. Virg. Tum breviter Dido vultum demissa

Lib. 3. profatur.

Propert. Magnum iter ad doctas proficijci

Lib. 1. cogor Athenas.

Lucan. Ad Cinnas, Mariosque venis: ster-  
nere profecto.

Lib. 6. Idem Quam prior affatur Pompeii ignara

Geor. 2. propago.

Virg.----pressos propaginis arcus.

## APPENDIX.

Propino, procuro, primam habent commu-  
nem : profundo rarissimè eandem producit.

### E in Compositione.

Si prior pars compositi E. Vocali terminetur,  
ferè brevis est, ut Liquefacio, tepefacio, tremefaci-  
o, stupefacio, nefas.

Geor. 1. V. Flammnarumq; globos, liquefacta q; volvere saxa?

Idem

*Idem---at rote pefacta cruore*

*Terra ; toriq; madent.*

*Iuven. Credebant hoc grande nefas, & mor-* Sat. 2.  
*te piandum.*

*Si Iuvenis vetulo non assurrexerat.*

### EXCEPTIO.

*Excipe nequis, nequa, nequod, nequam,*  
*nequitia, nequaquam nequidquam, nequan-*  
*do, videlicet, veneficus, benefica.*

*Virg. Nequa meis esto dictis mora ; Iupiter* Æn. 2.  
*bac stat.* Epist. I

*Ovid. Barbara narratur venisse benefica*  
*tecum.*

### I. vel Y. in Compositis.

**S**i prior pars Compositionis in I. vel Y. desi-  
nat, corripitur, ut *Omnipotens, causidicus, Pa-*  
*linurus, Polydorus.*

*Virg. Tum pater omnipotens, rerum cui*  
*Infit* (summa potestas.) Lib. 5

*Mart. Carpere causidicus fertur mea car-*  
*mina ; qui sit*

*Nejcio, si sciero, væ tibi caussidice.*

*Vir. Nudus in ignota Palinure iacebis areua* Lib. 5.

*Ibid. Nam Polydorus ego, &c.* Æn. 3.

### EXCEPTIO I.

*I. longum habent, ibidem : ubique : idem*  
*pronomen virile : bigæ : quadrigæ : biduum :*

## De Syllabarum

Lib. 12 Mart. Difficilis facilis jucundis, acerbus es idem.

Lib. 2. Idem. Si totus tibi triduo legatur.

Au. 5. Virg. Trinacria mirata fremit Troiae, juventus.

Trist. Ovid. Parva necat morsu spatioum viperata au-

Lib. 4. rum.

Idem. Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis.

Excusata suo tempore lector habet.

## EXCEPTIO II.

Item Composita ex Dies, ut, Meridies, quo-  
tidie, quotidianus.

Lib. 3. Mart. Inter tepentes post meridiem buxos  
Sedet.

## UBICUNQUE.

Ubicunque frequentius I. habet breve.

Li. 1. Mart. Qui tecum cupis esse meos ubicunque li-  
Met. 7. bellos.

Ovidius tamen produxit: Servor ubicunque  
est, &c.

## EXCEPTIO III.

Si I. fixum non fuerit, sed pro genere & ca-  
su mutetur, longum erit: ut Quidam, quivis,  
quilibet, tantidem.

Lib. 9. Mart. Rumpitur invidia quidam charissime Iuli;

Quod me Roma legit, rumpitur invidia.

Ovid. Pollicitis dives quilibet esse potest.

O. IN

## O. in Compositis.

**O**n Græcis dictionibus priorem **Compo-**  
siti partem claudens, corripitur: *ut Cy-*  
*motheus, Carpophorus, Argonauta.*

Martial. *Secula Carpophorum, Cæsar, si prisca Lib. 1.*  
*tulissent:*

*Iam nullum monstris orbe fuisse opus.* Lib. 3.  
*Idem. Non nautas puto vos, sed Argonautas.*

## EXCEPTIO,

Quæ per Omega scribuntur longa sunt *Geo-*  
*metris Geometra, Lagopus Lagopus, nec plura*  
*facilè invenies, quibus utuntur Latini.* Lib. 1.  
*Mart. Si mens aurita gaudet lagopode Flaccus.*

DE SINGULARI NOMINIS IN-  
CREMENTO.

*Quid sit Incrementum.*

**I**Genitivus singularis pars fuerit  
Nominis syllabarum numero, nullum erit Incrementum, *ut*  
*Musa, Musæ: Dominus, Domini*  
Si longior fuerit, tum penultima Geni-  
L 4 tivi

## De Incremento.

tivi incrementum erit, qua in omnibus casibus utriusque numeri semper Genitivi quantitatem servat: *ut Sermo, sermonis, sermoni, sermones, sermonibus.* ubique O. longum est.

Præter *Bovis*, ubi O. producitur, quamvis in Genitivo singulari corripiatur *Bovis*.

## APPENDIX

Iter, supellex, & composita ex caput, litteris PS. finita duplice augetur incremento, *ut Itineris, supellectilis, biceps, bicipitis.*

## INCREMENTUM PRIMÆ DECLINATIONIS.

**A** Incrementum primæ Declinationis longum est, *ut Aulai, pictai.*

**An. 3.** *Virg. Aulai in medio libabant pocula*

**An. 9.** *Bacchi.*

*Id. Dives equum, dives pictai vestis, & auri*

## INCREMENTUM SECUNDÆ DECLINATIONIS

**E** I. U. (incrementa secundæ declinationis) corripiuntur. *ut Miser, miseri: vir, viri: satur, saturi.*

**An. 1.** *Virg. Non ignara mali, misericuccurrere*

**Ib. Ser.** *disco.*

*Id. Arma virumq; cano, Troiae qui primus ab oris.*

*Persius--- Inter pocula querunt.*

*Romulidae saturi, quiddia poemata narrent.*

EX-

## EXCEPTIO.

Iber, Iberi, penultimam habet longam, & ex eo Compositum Celtiber, Celtiberi.

*Lucan. Interea domitis Cæsar remebat* I. Lib. 4.  
beris. Lib. I.

*Mart Vir celtiberis non tacende gentibus.*

## INCREMENTUM TERTIÆ DECLINATIONIS.

A.

**A** Incrementum singulare tertiae Declinationis longum est. ut *Vestigal, Titan, vietas, pax, calcar, & Ajax.*

*Ovid. Cor citat iratus validos. Titanas in arma.* Fast. 7. En. I. En. 7.

*Virg. Hic pietatis bonos: sic nos in sceptrâ reponis:*

*Idem. Pars mibi pacis erit, dextram teggisse Tyranni.*

## EXCEPTIO I.

Corripe masculina in AL & AR. ut *Sal. Hannibal, Amilcar.*

*Par, cum Compositis hepar, cum neclare bacchar Cum vade, mas & anas, quis junges largi jubari. En. 1. Virg Vela dabant leti, & spumas salis are ruebant Li. 1. Silius, Hannibalem Fabio ducam spectante per urbem.*

*Idem. Cui saevum arridens, narrabis Amilcaris Lib. 8. umbris En. 1.*

*Virg. Pergameumq; larem, & cunæ penetralia Vestis*

## De Incremento.

### EXCEPTIO II.

Item Græca in A. & AS. ut Poema, Remma;  
Pallas: & quæ Consonantem habent ante S. ut  
Trabs, Arabs.

Et dropax, Anthrax, atrax, cum smilace climax.  
His atacem, panacem, eolacem, styracem, facemq;  
Atque abacem, coracem, phylacem, compostaque  
neclæs.

Inven. Stemmatæ quid faciunt: quid prodest Pon-  
tice longo.

Sanguine censeri?

Virg. Instar montis equum divina Palladis arte.

Ædificant.

Ovid. Nam modo thurilegos Arabas, modo suspicit  
Indos.

### E.

**E** Incrementum singulare tertiae Declina-  
tionis breve est: ut Degener, atque teres,  
pulvis cum funere, nix, grex.

Ovid. Mille greges illi, totidemque armen-  
ta per herbas paſcebant.

### EXCEPTIO I.

Genitivus Enis penultimam habet longam  
ut Ren, renis, Siren, sirenis.

Ver, & Iber, locuples, hæres, mercésque  
quiésque.

Lex

*Lex, vervex, balee, jeps, plebs, rex, in-  
super halex.*

Lib. 2.

*Mart. Munera qui tibi dat locupleti, Gau-  
re senique.*

*Si sapis, & jentis, hic tibi ait, morere*

## EXCEPTIO II.

Item peregrina in EL. ut Michael, & Graea  
in ER. & ES. ut Crater, Rhames, tapes: prae-  
ter aer & aether

*Virg. Crateras magnos statuunt, & vina coronant* Æn. 7.

*Idem --- simul ense superbum* Æn. 9.

*Rhamnudem aggreditur, qui forte tapetibus altis*

*Exstructus, toto proflabat pectore somnum*

## I. vel Y.

I vel Y. Incrementum singulare tertiae Decli-  
nationis breve est: ut

*Ordo, pugil, carmen, cespes cum sanguine princeps.* Geor. 2.

*Et chlamys, atque chalybs, pollex, adjungito carex.*

*Virg. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.*

*At Chalybes nudiferrum.*

## EXCEPTIO I.

Genitivus Inis, vel Ynis, à Nominibus Græ-  
cis penultimam producit, ut Delphin, Phorcyn.  
Salamis.

Item; Nesis, Nesiidis, Gryphs, gryphis; Vibex, Vibicis  
Glis,

## De Incremento.

*Glis, gliris: dis, lis, Samnis, quibus adde Quiritem.  
Virg. Orpheus in sylvis inter Dolphinas Arion.*

*Bet. 8. Idem. Laomedontiadem Priamum Salamina pe-  
Æn. 8. tentem.*

*Æn. 6. Idem. Noctes atque dies patet atri janua Ditis.*

## EXCEPTIO II.

Nominal X vel Yx. syllaba finita, penulti-  
mam Genitivi habent longam, ut *Felix, bom-*  
*byx, bombycis.*

*Æn. 1. Virg. Vivite felices, quibus est fortuna per-*  
*aëta iam sua.*

## EXCEPTIO III.

*I. breve servarunt histrix, cum fornice, varix.  
Coxendixq; Cilix, chœnix, natrixq; calixq;.  
Atque Calyx Canaum, nectes Erycemq; nivemq;.  
Sardonychi sociatur onyx, pix heret utrique.  
Et salices, silices, larices: Sit bebrycis anceps.  
Sed brevibus junges in GIS. cum patrius exit.  
Coccyx, coccygis: mastix, mastigis amabit.*

*Lib. 2. Lucan. Armenios, Cilicesq; feros, Taurosq; subegi.  
Lib. 3. Idem. Nunc, pice, nunc liquida rapuere incendia  
cerâ.*

## O:

*O incrementum singulare tertiae declina-  
tionis longum est. Ut Unio, Sol, Telamon,  
candor, vox, atque sacerdos.*

Ovid.

Ovid. Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Met. 2.

## EXCEPTIO I.

Græca in On. quæ in Obliquis habent Omicron: corripiuntur: ut Philemon, Palamon, Sindon, Agamemnon, Iason, Amazon, & multa alia, quæ usū sunt discenda

Virg. Pulsant & pictis bellantur Amazones Æn. 11  
armis

Latini incedum N. litteram omittunt, ut, Macedo, Macedonis: Agamemno, Agamemnonis

Statius, Conclamant Danai, stimulatque The. 11  
Agamemno volentes

Quæ verò per Omega scribuntur, longa sunt, ut, Simon, Agon, Sidon, Solon, &c.

## EXCEPTIO II.

Genitivus in Oris, à nominibus Græcis, & Latinis Neutris, præter Os, cris, penultimam habet brevem: ut Nestor, marmor, ebur, corpus: quibus adduntur memor, arbor, lepus, & ex pus podos composita, ut Tripus.

Item Bos, compos, & impos.

Ovid. Qui licet eloquio fidum quoque nestor Met 13  
ra vincat. Epist.

Virg. Sic vos non vobis fertis aratra boves.

## EXCEPTIO III.

Corripiuntur etiam Cappadox, præcox, & quæ Consonantem habent ante S. ut Scorbs, Æthiops, Dolops: præter Cyclops, Cercops, hydrops.

De Incremento.

Li. 9. Mart. Cappadocum s̄evis Antistius occidit  
oris.

Æn. 2. Rusticus o tristi criminē terra nocens.

Virg. Hic Dolopum manus, hic s̄evis tende-  
bat Achilles.

Met. I. Ovid. Tela reponuntur manibus fabricata  
Cyclopum. U.

**U**nus Incrementum tertiae Declinationis bre-  
ve est; ut

Geor. 4 Dux, ligur & pecus, intercus, cum  
præfule turtur.

Virg. Magnanimojḡ duces, totius ordine  
gentis.

Mores & studia, & populos, & prælia dicare

E X C E P T I O

Interrogandi casus, Udis, Urīs, & Urīs, à  
nominibus in Us. penultimam habent longam  
ut Palus, paludis: tellus, telluris: vir-  
tus virtutis: item fur, furis.

Quibus addenda sunt, pollux, lux, & frugis,  
frugi, & ceteri obliqui.

Eclog. Virg. Quid domini facient, audent cùm ta-  
3. lia fures :

Tibul. Luce sacra requiecit humus, requie-  
scit arator.

DE



## DE PLVRALI NOMINIS IN- CREMENTO.

**P**Enultima Genitivi, vel Dativi pluralis numeri, dicitur Incrementum plurale, cum uterque casus longior est Nominativo e-juldem numeri: *ut Musæ, musarum: Ambō, amborum, ambobus; Qui, quorum, quibus: Res, rerum, rebus.*

### PRÆCEPTUM I.

**A**E.O. Incrementa multitudinis longa sunt  
*ut, Quarum, harum, ambabus: Rerum,*  
*rebus, Horum, quorum.*

**Ovid.** Cum tamen à turba rerum requie- De Pon  
verit barum. 4.

*Ad vos mansuetas porriget ille manus.*

**Virg.** At Capys: & quorum melior sententia menti. Aen. 2.

### PRÆCEPTUM II.

**I**E. & V. Incrementa multitudinis corripiuntur, *ut, Quibus, tribus, montibus, lacubus.*

**Virg.** Montibus in nostris solus tibi certet A- Eclog.  
myntas. 5.

**Ovid.** Præmia de lacubus proxima musta Fast. 4.  
tuis DE

# De Incremento



## DE VERBORVM INCRE- MENTO.

*Quid sit Incrementum Verbi.*

**S**ecunda persona, singularis numeri, modi Indicativi norma est, ad quam Verborum Incrementa diriguntur: cui si Verbum sit æquale, nullum erit Incrementum, *ut amat amant*, quia dissyllaba sunt: sicut Amas, quæ norma & regula est Incrementorum, nullum habet Incrementum. Si Verbum longius sit una Syllaba, unum habebit Incrementum, *ut amamus, amatis*, quorum penultima Incrementum est, nam ultima nunquam dicitur Incrementum. Si duabus Syllabis norma superetur, duo erunt Incrementa: *ut amabitis, amabamus*. Si tribus, tria: *ut amaveritis amaveramus*. Si denique quatuor, totidem erunt Incrementa, *ut Audiebamini*.

In verbis Deponentibus fingenda est vox Activa: ad quam Verborum Incrementa diripiuntur.

Ultima syllaba, ut modò diximus, nunquam est Incrementum: prima verò est, si norma ipsa sit monosyllaba, *ut Das, Fles: Damus datis, dabam, dare*, & cetera dissyllaba unum habent

habent Incrementum, eodem modo: *Fleamus,*  
*fletis, fletbam, fliere, &c.*

## PRÆCEPTUM I.

**A**In omni Verborum Incremento producitur, ut *stabam, stares, properamus,*  
*docebamus, audiebamini, &c.*

*Virg. Troiāq; nunc staret, Priamiq; arx alta maneret.*

*Ov. Seriūs, aut citiūs metam properamus ad unam.* EXCEPTIO.

A. primum duntaxat Incrementum Verbi  
*Do, das, corripitur: ut, Damus, dabunt, dare:*  
*ob quam causam pronuntiamus, circumdamus,*  
*circumdabunt, circumdare: Venundo, ve-*  
*nundare, & cætera penultima brevi.*

*Virg. His lacrymis vitam damus, & misere-*  
*scimus ultrò*

*Ov. Jussit & exiguae circumdare littora*  
*terræ.*

## PRÆCEPTUM II.

**E**In omnibus Verborum Incrementis producitur, ut *flebam, rebar, lacereris, docerem,*  
*legerunt.*

*Ov. Flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas,*  
*Viderat inceptos destituisse favos.*

*Virg. Sic equidem ducebam animo rebárq; futurum*  
*Mart. Dedale Lucano cùm sic lacereris ab urso.*

*Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.*

## De Incremento

### EXCEPTIO I.

E. ante R. breve est in quovis prælenti, & im-  
perfecto tertiae conjugationis : ut Cognoscere ,  
legerem, legerimus, legeris, vel legere.

Reris tamen & Rere producitur, ut Loque-  
reris. prosequerere.

Virg. Incipe parve puer risu cognoscere matrem.

Mart. Illud laurigeros ageres cum lata triumphos

Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat.

Ovid. Tantane te fallax cepere oblivia nostri;

Afflictumq; fuit tantus adire timor :

Vt neque respiceres nec solarere jacentem :

Dure , nec exequias prosequerere meas ?

### EXCEPTIO II.

E. ante RAM. RIM. Ro. corripitur, ut Ama-  
veram, amaverim, amavero: Feceram fecerim,  
fecero.

De cæteris personis idem esto judicium : Ae-  
maveritis, amaverit, amaverimus, amaveritis :  
Fecerimus, feceritis.

Ovid. Fecerat exiguae jam sol altissimus  
umbras.

### EXCEPTIO III.

Beris , & Bere , semper corripitur , ut Cele-  
braberis , vel celebrabere : mordeberis , vel mor-  
debere .

Virg. Semper honore meo , semper celebrare  
donis.

Ovid. Tu cave defendas , quamvis morde-  
bere dictis

Poetæ in Præterito Indicativi E. litteram ante RUNT Syllabam, pro suo jure interdum corripiunt.

Virg. Obstupui, steteruntq; comæ, & vox fau-  
cibus hæsit.

Horat. Dii tibi divitias dederunt, artemque  
fruendi.

Sil. Terruerunt pavidos accensa Ceraunia  
nautas.

## PRÆCEPTUM III.

In quovis verborum incremento corripitur  
ut linquimus, amabimus, audiebamini.

Virg. Linquimus Orthygiae portus, pela-  
goque volamus.

## EXCEPTIO.

Penultima præteriti in Iu*i*. longa est, ut, pe-  
tivi: Et primum incrementum quartæ conju-  
gationis, ut ibam, ibo, ito, subimus, venimus, repe-  
rimus, præsentis temporis.

Virg. Ceſſi, & ſublato montem genitore petivi.

id. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.

id. Jungimus hospitio dextras, & tecla ſubimus.

Hæc etiam I. longum habent, Nolito, nolimus  
nolitis, velimus, velitis, simus, fitis, & quæ ex ipsis  
componuntur, ut Possimus, &c.

Ov. Et documenta damus, qua ſimus origine nati.

id. Si quis, ut in populo, qui fitis, & unde requirat.

## Verb. Incremento APPENDIX I.

**Eo. I.** Imus, in præterito penultimam corripit, *ut*  
*Venimus, reperimus, comperimus.*  
*Venimus aut raptas ad littora vertere prædas.*

## APPENDIX II.

Tempora Conjunctivi modi syllabis RIMVS, RITIS, finita, habeantne penultimam brevem, an longam, Grammatici certant, & adhuc sub Judice lis est, non solū recentiores, sed etiam veteres. Diomedes enim docet Præteritum breve esse, Futurum vero longum. Probus utrumque longum esse affirmat Quare cum versus facies, Poetas optimos imitaberis, qui RI. syllabam modo corripiunt, modo producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des Auditoribus, consuetudini regionis servies.

## PRÆCEPTVM IV

**Met. 5.** **O**In verborum incrementis semper producitur, *ut Facitote.*  
*Ovid. Cumq; loqui poterit, matrem facitote jalutet.*

## PRÆCEPTUM V.

**U**In verborum incrementis ubique corripitur, *ut sumus, possumus, volumus,*  
*Horat. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.*

*id.*

*id. Si patriæ volumus, si nobis vivere chari.*

## DE ULTIMIS SYLLABIS.

**S**yllabæ quæ ultimum locum tenent, partim positione, *ut prudens, præcox:* partim Diph-tongo, *ut Musæ:* partim privatis præceptio-nibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

## A 1N FINE.

**A**finita longa sunt: *ut Memora, contra, ultra, antea, triginta, quadraginta, quinquaginta, &c.*

**Virg.** *Musa mihi causas memora, quo nu-mine lœjo.*

*id. Æolus hæc contra: Tuus o Regina quid optes.*

*Explorare labor mibi jussa capessere fas* Æn. 3.  
*est.*

*id. Triginta capitum fætus enixa jacebit.*

## EXCEPTIO.

Corripe, eja, ita, postea, quia.

Item Casus omnes in A. *ut anchora, vela,* præter Ablativum, *ut, de prora:* & Vocativos Græcos, *ut, o Ænea, o Atla, Calcha, Palla.*

*Virg.* *Non ita me experti Bitias, & Pandar-us ingens.* Æn. 1. ibid.

*id. Anchora de prora jacitur, stant littore puppes.*

*id.*

De Ultimis

id. Tendunt vela Noti, fugimus Ihumanti-  
bus nudis.

id. Non hac o Palla dederas promissa pa-  
renti.

id. Quid miserum Ænea laceras? jam par-  
ce sepulto.

E. IN FINE.

**E**Littera finita corripiuntur: ut Nate, fuge,  
pene, nempe.  
Virg Hen fuge, nate Dea, teque his, ait, eripe  
flamnis.

id. Pene simul tecum solatia rapta Menalca.

Mart. Lege nimis dura convivam scribere versus  
Cogis Stella: licet scribere, nempe malos.

EXCEPTIO I.

Producuntur omnia primæ & quintæ De-  
clinationis, ut Anchisiades, o Anchisiade, Cal-  
liope, re, die, & quæ inde oriuntur: ut, Quare, ho-  
die, quibus adde Fame, Cete, Tempe.

Virg Tro Anchisiade, facilis descensus Averni.

id. Vos o Calliope, precor aspirate canenti.

Mar. Non veniasquare tam longo tempore Romam

Luc. Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.

Virg. Obiicit ille fame rabida tria guttura pan-  
dens.

EXCEPTIO II.

Item Verba Imperativi modi, numeri sin-  
gularis, secundæ Declinationis, ut, Vide, habe.

Hora.

*Hor.* *Vade, vide, cave, ne titubes, mandat agas  
frangas.*

*Mar.* *Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea  
redder*

Cave, ferè corripitur.

*Ov.* *Tu cave defendas, quamvis mordebere  
dictis*

Idem produxit alibi.

*Nate cave, dum res sint, tua corrige vota*  
Sunt etiam longa monosyllaba, ut *me, te, se,*  
Exceptis Conjunctionibus encliticis, *que, ne, ve*  
*Et syllabicis Adjectiōnibus, Pte, Ce, Te, ut sua-*  
*pte. hisce, tute.*

*Vir.* *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*

*Hor.* *Neve putas alium sapiente, bonoque beatum.*

*id.* *Hoc omnis pendet Lucilius hisce secutus.*

*Lucret.* *Accipe præterea quæ corpora tute necesse  
Confiteare.* (est.)

### EXCEPTIO III.

Longa præterea sunt, ferè, fermè, ohe, & Adverbia à Nominibus secundæ Declinationis profecta: ut *Placide, valde, minimè, summè:* præter *Benè & male.*

*Iuven.* *Nulla ferè causa est, in qua non fæ-*  
*minalitem Moverit.*

*id.* *Mobilis & varia est fermè natura malorum*

*Mart.* *Ohe jam satis est, ohe libelle.*

*id.* *Excipe sollicitos placide, mea dona, libellos.*

*id.* *Nil benè cum facias, facis attamen omnia belle.*

De Ultimis  
Hor. Et malē tornatos incidi reddere versus.

APPENDIX.

Facile etiam, cūm est Adverbium, corripitur  
Nam Adjectiva tertiae Declinationis, cūm in  
Adverbia tranleunt, ultimam habent brevem,  
*ut sublimè, suavè, dulcè.*

V Cantantes sublimè ferent ad sydera cygni  
V. ipse sed in pratis aries jam suavè rubenti  
Murice.

L IN FINE.

I Vocali terminata, longa sunt, *ut Classi, fieri.*  
V. Sic fatur lacrymans, classique, immittit habenas  
Mart. Quam vellem fieri meus libellus.

EXCEPTIO I.

Corripe, *Nisi, quasi, & Græca quæ in I, vel Y*  
exeunt, *ut Palladi, Daphni, moly.*

Ov. *Quid, nisi Pierides solatia frigidare stant*  
Mat. *Cum dixi ficus, rides quasi barbara*  
*verba.*

Statius. *Palladi littore& celebrabat Scyros*  
*honorum Fortè diem.*

V. *Injere Daphni pyros: carpent tua poma ne-*  
*potes.*

Ov. *Moly vocant superi, nigra radice tene-*  
*tur-*

EXCEPTIO II.

Mihi, tibi, sibi, ultimam habent communem  
Ibi,

Ibi, Ubi, Cui, cùm dissyllaba sunt, frequentius  
corripiuntur.

Virg. Post mihi non similis pœna commissa luetis.

id. Extremum hunc Arethusa mihi concede labo-  
rem.

Mart. Sed norunt, cui serviant leones.

id. Me legit omnis ibi senior, juvenisq; puerq;.

Horat Reddit ubi Cererem tellus in arata quotan-  
nis.

### O IN FINE.

**O** Finita, ambigua sunt, ut, Quando, vigi-  
lando, nolo

Mart. Nolo mihi ponas rhombum, nullumve  
bilibrem.

Nolo boletos, ostrea nolo, tace.

### EXCEPTIO I.

Excipe monosyllaba: ut O do. sto. Dativos  
& Ablativos, ut Somno tuo, quorum O. longum est.

Item Græca, quæ habent Omega, ut Androgeo  
Atha, Clio, Alecto, & cetera ejusdem generis, qui-  
bus accedit ergo, pro causa.

Virg. O lux Dardania, spes o fidissima Teucrum.

id. Invadum urbem somno vinoque sepultam.

id. Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum,

Infernisiq; ciet tenebris.

### EXCEPTIO II.

Item Adverbia à Nominibus orta, ut Subito,  
merito, multo, quibus adduntur, adeo, ideo.

Hinc rufus excipiuntur, modo, quomodo, dum-

## De Ultimis.

*modo, postmodo, cito, imo, quibus accedunt, Scio,  
nescio, duo, quæ ultimam corripiunt.*

*Mar. Mentiris juvenem tinctis Lentine ca-  
pillis :*

*Tam subitò corvus, qui modò cygnus eras  
id. Non habet ergo aliud? non habet imò juum*

### E X C E P T I O    III.

*Adverbium serò, Conjunctio verò, ultimam  
habent communem.*

*Ma. Pro meritis cælum tantis, Auguste de-  
derunt.*

*Alcidæ citò dii : sed tibi jerò dabunt  
Val. Flac. - sin verò preces , & dicta superbus  
Respuerit.*

### U. In Fine.

**U***Finita longa lunt, ut Manu, Cornu, Panthu.  
V. Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.  
id. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat  
arenam.*

*Ov. Nec mora, curavit cornu, nervoq; sagittam  
Impulit.*

*V. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus  
arcem?*

### B. D. T. In Fine.

**B***D. T. litteris terminata corripiuntur, ut ab,  
quid, audi.*

*V. Tum pater Æneas puppis fatur ab alta  
id. Quidquid id est, timeo Canaos, & doma fe-  
rentes.*

*id.*

*id. Audiit & Triviae longè lacus, audiit a-  
mnis,*

*Sulphurea Nar albus aqua, fonteisque  
Velini.*

### C. IN FINE.

**C**Littera finita longa sunt, ut *Sic, Hoc, Hic,*  
*adverbium.*

*Virg. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.*

*id. Hoc Helymus facit, hoc aevi maturus Acestes.*

*id. Classibus hic locus, hic acies certare solebant.*

### EXCEPTIO I.

*Corripe donec, nec.*

*Ovid. Donec eris felix, multos numerabis amicos.*

*id. Parve, nec in video sine me liber ibis in urbem.*

### EXCEPTIO II.

*Hic, pronomen virile, anceps est.*

*Virg. Hic vir, hic est, tibi quem promitti sapius au-  
dis.*

*id. Est hic, est animus lucis contemptor, & istum.*

*Verbum Fac tutius corripitur*

*Ov. Hos fac Armenios, hac est Danaea Persis.*

*Mart. Signa rarius, aut semel fac illud.*

### L. In Fine.

**L**Finita brevia sunt, ut *Asdrubal, semel, vi-  
gil, simul Consul.*

*Sil. Vertit terga citas damnatis Asdrubal au-  
sis.*

*Hor. Quo semel est imbutare cens, servabit odorem  
Testa diu.*

De Ultimis  
EXCEPTIO.

Sal. Nil, Sol, longa sunt.

Item pleraque peregrina, *ut Nabal, Daniel Saul.*

Statius. Non Sal, oxyporumve, caseisue.

Mart. Nil aliud video, quo te credamus amicum.

Ovid. Ulterius spatium medio Sol altus habebat

M. IN FINE.

**M**Finita priscis temporibus corripieban-  
tur, neque à sequente Vocali, ut modō  
fit, excipiebantur: quod etiam nunc in  
Compositis verbis cernitur.

Ennius. Insignita ferè tum millia militum octo.

Duxit delectos, bellum tolerare potentes.

Iuv. Quò te circumagas? qua prima, aut ultima  
ponas?

N. IN FINE.

**N**Littera finita longa sunt, *ut Sin, Titan,*  
*Siren, Salamin, Acteon, & cætera tertiae Declinationis, quæ in ON. exeunt.*

Virg. Sin assumpta salus, & te pater optime  
Teucrum.

Luc. Vnde venit Titan, & nox ubi sidera  
condit.

Ovid. Acteon ego sum, dominum cognoscite  
vestrum.

Item Accusativus Græcus Nominum in As.  
Es. E. *ut Aeneas Anchisen, Calliopen.*  
Græcus itidem Genitivus multitudinis cuiusvis Declinationis, *ut Cimmerion, Epigrammaton.*

V. Et jævum Ænean agnovit Turnus in ar-  
mis.

id. Amitto Anchisen, hic me pater optime fe-  
sum deseris

Tib. Cimmerion etiam obscuras accessit ad o-  
ras.

### EXCEPTIO I.

Corripe An. In. forsan, forsitan. tamen, atta-  
men, viden.

Item En. syllaba finita, quæ faciunt Geni-  
tivo Inis, ut Nomen, lumen flumen

V. Forsitan, & Priami fuerint quæ fata requiras.

id. Hic tamen ille urbem Patavi: sedesq; locavit.

Stat--ferumq; quod amens

Ipsa dedi, viden' ut jugulo consumperitensem.

Ov. Nomen Arionium Siculas impleverat urbes.

### EXCEPTIO II.

Corripiuntur etiam Græca in On. quæ ad  
secundam nostram Declinationem spectant, ut  
Pelion, Ilion, Eroton.

Ov. Ilion, & Tenedos, Simoisq; & Xanthus, & Ida.

Mart. Pallida nec nigras horrescat Eroton umbras

Omnes denique accusandi casus, qui à Nomi-  
nibus ultimam brevem habentibus proficiuntur,  
ut Scorpion. Thetyn, Ityn, Majan, Ægynan.

Luca. Scorpion incendis cauda, chelasq; peruris.

Ov. Tantaque vox animi est. Ityn huc accersite  
dixit.

Stat. Namque ferunt raptam patriis Æginam ab  
undis

## De Ultimis.

### R. IN FINE.

**R**Littera terminata corripiuntur, ut Amilcar  
semper, semivir, cor, precor, Hector, turtur.  
Sil. At senior Siculis exultat Amilcar in armis  
Virg. Semper honor, nomenq; tuum, laudesq; ma-  
nebunt.

Lucan. In seruisse manus impure ac semivir audes.  
Ov. Molle cor ad timidas sic habet ille preces.

Juv. Tolle tuum, precor, Hannibalem, viatumq; Sy-  
phacem.

Ov. Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.  
Virg. Nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo.

### EXCEPTIO.

Producitur Cur, far, Iber, Lar, Nar, Ver, par  
cum Compositis, ut Compar, dispar, & impar:  
Et Graeca quæ faciunt Genitivo ERIS. ut Æer,  
ether, crater.

Hora. Descriptas servare vices operumque colores  
Cur ego, si nequeo, ignorog; poeta salutor?

Mart. Callidus effracta nummos fur auferet arca  
Luc. Si tibi durus Iber, aut sitibi terga dedisset  
Cantaber.

Ho. Ludere par, impar equitare in arundine longa  
Virg. Largior hic campos aether & lumine vestit  
Purpureo.

### APPENDIX.

Celtiber, à Martiale lib. 10. corripitur.  
Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.

AS.

## AS. IN FINE.

**A**S. syllaba finita longa sunt, ut *Eneas*, *Pallas*, *Pallantis*: *fas*, *nefas*.

*Virg. Eneas ignarus abest, ignarus & absit.*

*id. Telamanusq; sinit, hinc Pallas instat & urget.*

*id. Quippe etiam festis quadam exercere diebiss Fas, & jura finunt.*

**Iu.** *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum Si juvenis vetulo non assurrexerat.*

## EXCEPTIO.

*Corripe Græca, quorum Genitivus exit in ADIS. ut Arcas, Pallas, Palladis.*

*Item Accusativus tertiae declinationis nominum Græcorum, ut Troas, Delphinias, Horoas:*

*Ovid. Pallas, anum simulat, faljosq; in tempore canos.*

## Addit.

*Mart. Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat.*

*Ovid. In te fingebam violentos Trojas ituros.*

*Virg. Per mistos Her oas, & ipse videbitur illis*

## ES. IN FINE.

**E**S. syllaba terminata longa sunt, ut *Anchises locuples, quoties, octies, decies, tricies, &c.*

*V. Anchises alacris palmas utrasq; tetendit.*

*Mart. Orbis es, & locuples, & Bruto consule natus.*

*id. Dicere te las, um quoties ego credo Quirino?*

*id.*

## De Ultimis

*id. Vno nasceris octies in anno.*

*id. Ægrotas uno decies, aut jaepius anno*

### EXCEPTIO I.

Corripe Nomina tertiae Declinationis, quæ crescent in obliquis penultima brevi, *ut Dives, eques, hospes, pedes.*

*Virg. Insula dives opum, Priami dum regna manebant.*

*id. Obvius armato. ceu cum pedes iret in hostem.*

Præter *Abies, aries, ceres, paries, pes cum Compositis*, *ut Cornipes, sonipes.*

*Virg. Populus in fluviis, abies in montibus altis.*

*Lucan. Non aries illis, non ulla est machina belli.*

*Virg. Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo*

*Ovid. Nec pes ire potest, intra quoq; viscera saxum est.*

*V. Stat sonipes, & frana ferox spumantia mandit*

### EXCEPTIO II.

Es à verbo sum, etiam breve est, & ex eo Composita, *ut Potes, ades : item penes : Græca neutra in Es, ut Cacoethes. Prætereà nominandi vocandique casus Græcorum, ut Arcades, Troes.*

*V. Qui quis es amissos hinc jam obliviscere Grajos.*

*Mart. Tu potes & patriæ miles & esse decus.*

*Horat. Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.*

*Inven--tenet insanabile multos*

*Scribendi cacoethes, & agro in corde senescit.*

*Virg. Ambo florentes et atibus Arcades ambo.*

*Id. Egressi optata potiuntur Troes arena.*

IS. vel YS. IN FINE.

**I**S. vel YS. finita corripiuntur, ut *Apis, inquis*  
*ais, Thetis, Typhys, Itys.*

*Ov. Non apis inde tulit collectos sedula flores.*

*Mart. Non est, inquis, idem: multo plus esse probabo.*

*Persius. Hunc ais? hunc ijs iratis genioq; finisti o*

*Ptat. Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.*

*Virg. Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Ar-*  
go,

*Delectos Heroas.*

### EXCEPTIO I.

Excipe casus omnes multitudinis, ut *Viris*,  
*armis, musis, nobis, vobis, Quois, pro Quibus, o-*  
*mnis, urbis.*

Item GLIS. VIS. Nomen & Verbum VE-  
LIS. SIS. cum Compositis, ut *Quamvis, nolis*  
*adsis.*

Et secundas Personas Numeri singularis,  
modi Indicativi, quartæ Conjugationis, ut,  
*Nescis, sentis.*

*Virg. Præsentemq; viris intentant omnia mortens*  
*Lucan. Plus illa vobis acie, quam creditis, aetum*  
*est.*

*Virg. -- O terq; quaterq; beati.*

*Quois ante ora patrum Troja sub manibus altis*  
*Contigit oppetere.*

*Id. Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.*

*Mart. Iam satis est: non vis, Afer, avere i: vale.*

## De Ultimis

Lib. 3. *Luc.* Quamvis hesperium mundi properemus in axem.

*Mart.* Nescis heu nescis dominæ fastidia Romaæ.

## LIB. I. EXCEPTIO

Longa præterea sunt, quorum Genitivus exit in INIS, ENTIS, ITIS. penultima longa, ut Salamis, Simois, Samnis, lis.

*Ovid.* Hac ibat Simoeis: hic est Sigeia tellus.

*Hor.* Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

## OS. IN FINE.

**O**S. finita longa sunt, ut Os. oris, Erectos, Tros, Minos, Heros, Athos, Androgeos, & cetera, quæ per Omega scribuntur.

Met 1 *Ovid.* Os homini sublime dedit, calumq; videre Jussit & erectos ad sydera tollere vultus.

Æn. 6. *Virg.* Troas Anchisiade facilis descensus averni.

Æn. 2 *id.* Primus se Danaum magna comitante caturva Androgeos offert nobis, Jocia agmina credens.

## EXCEPTIO.

Corripe Os. offis, compos, & impos: & Græca Neutra, ut, Chaos, Melos, Argos.

*Virg.* Et chaos & Phlegeton, loca nocte silentia latè.

Item Os. finita, quæ ad secundam Latinam declinationem tranleunt, ut, Tyrros, Arctos, Ilios.

Lib. 3. *Lucan.* Et Tyrros instabilis, pretiosaque murice Sidon.

Lib. 9. *Mart.* Nescia nec nostri nominis Arctos erat.

Omnes denique interrogandi casus, à quibus

buscunque rectis proficiscantur, ut Arcados,  
Pallados, Tyhoeos, Thetyos, Tereos.

Ovid. Arcados hinc jedes, & inhospita tecta Ty-  
ranni Ingredior.

Ovid. Alta jacet vasti super ora Typhoeos Aetna.

Lucan. Tethyos unda vagelunaribus astuet horis.  
U.S. IN FINE.

**V**S. syllaba terminata brevia sunt, ut Litus  
intus sensibus. Et nominandi, vocandi  
que casus singulares, quartæ Declinatio-  
nis, ut Domus, manus.

Virg. Heufuge crudeles terras, fuge litus avarum.

id. Apparet domus intus, & atria longa patescant.

id. Hic Dolopum manus, hic sevus tendebat Achil-  
les.

### EXCEPTIO

Excipe monosyllaba, ut Plus, Rus, Tus.

Lucan. Plus illa vobis acie, quam creditis, actum  
est.

Et quæ crescunt in obliquis penultimâ longâ  
ut, Salus, tellus, palus. Et nomina quartæ Decli-  
nationis, præter calus antè dictos, ut, Aditus,  
vultus.

Ovid. Mox etiam fruges tellus in arata ferebat.

id. Iuncta palus huic est, densis obfusa salictis.

Mart. Hos aditus urbein Martis habere decet.

Deniq; Græca Nomina, quorum Genitivus  
exit in UNTIS. ut Opus, Amathus. Et quæ ex pùs  
podis comporuntur, ut, Tripus, Melampus,  
Quæque ex Oos contrahuntur, ut Panthus, ex  
Pantheos.

## De Vlt. Syllabis

Item Genitivus in Us. à Fæmininis in O. *ut*

*Manto, Mantus : Clio, Clius, &c.*

**En. 10** *Virg. Est Amathus, est celia mibi Paphos, atque Cythera.*

**En. 2** *id. Panthus Otriades acris, Phæbiq; sacerdos*

**En. 10** *id. Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis.*

Huc etiam J E S U S , sacro sanctum Domini atque Redemptoris nostri nomen spectat.

## APPENDIX

Us. finita non contracta ab Os. syllaba profecta corripiuntur, *ut Pamphagus, Oribasius, Polypus*: quorum ultimum Æoles per Os. scribunt, *pólipos*: unde à Latinis per Us. effertur, ultima brevi.

**Met. 3. Ovid.** *Pamphagus, & Dorcæus, & Oribasius Arcades omnes.*

**In Epopd Hor.** *Polypus an gravis hirutis, cubet hircus in alis.*

## DE SYLLABA COMMUNI

### N<sup>o</sup> 1.

**C**ommunis syllaba, ut supra diximus, est, quæ modò brevis, modò longa apud Poetas reperitur.

### PRÆCEPTUM I.

*De Syllaba Communi.*

**E**T Diphongus, & Vocalis longa communes fiunt, cum Vocalem diversæ dictiōnis præcedunt,

Bre-

## B R E V E S .

*Virg. Insulæ Ionio in magno: quas dira Ce-  
læno.*

*Id. Victor apud rapidum Simoenta jub Ilio  
alto.*

*id. Credimus? an qui amant, ipsi somnia  
fingunt.*

*Hor. Si me amas, inquit, paulum hic ades  
Inteream si*

*Aut valeo stare, aut novi civilia jura*

*Prop. Tu quoq; ò Eurition vino Centaure pe-  
risti.*

## L O N G Æ .

*Virg. Antè tibi Eoæ Atlantides abscondan-  
tur.*

*id. Sant. & juniperi & castaneæ hirsutæ.*

*id. Lamentis, gemituque, & famineo ululatu  
Tecta fremunt.*

*id. Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*

*iuv. Qui cælum terris non mijceat, & mare  
cælo,*

*Si fur displiceat Verri, homicida miloni?*

*Ovid. O ego quantum egi: quam vasta po-  
tentia nostra est.*

Breves & longæ in eodem versu.

*Virg. Glanco, & Panopee, & Inoo Melicerte.*

*Id. Ter. sunt conati imponere eli iOssam.*

De Syllaba

P RÆCEPTUM II.

- Æn. 3. **M**Onosyllabæ breves interdum à Poetis, more Græcorum, producuntur.  
Sat. 6. *Vir. Liminaq; laurusq; Dei, totusq; moveri.*  
*Juven. Et animam, & mentem, cum qua dij no-*  
*cte loquuntur.*

P RÆCEPTUM III.

- S**Yllaba brevis post quatuor primos pedes, maximè secundum & tertium relicta: non nunquam à Poetis producitur.  
Æn. 4. *Virg. Pedioribus inhians spirantia consulit exta.*  
Æn. 11. *id. Oratis? equidem & vivis concedere vellem.*  
Sat. 6. *Juv. Quis nescit: aut quis non vedit vulnera pali:*  
Lib. 6. *Mart. Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.*

Post secundum.

- Æn. 2. *Virg. Hic primum ex alto delubri culmine telis nostrorum obruimur: oriturq; miserrima cædes id. Emicat Euryalus, & munere viator amici.*  
Æn. 5. *Nam tibi Thymbre caput Evandrius abstulit ensis*  
Æn. 10. *Stat. Namq; semel Thetidi Proteus prædixerat unde Mar Dei tunicam dives: ego te præcingere possum.*  
*id. Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est.*

Post tertium.

- Virg. Offentans artem pariter, arcuusq; sonantem.*  
*idem.*

*id. Dona dehinc auro gravia, sectoq; elephanto  
Imperat ad naves ferri.*

*id. Congredior, fer sacra pater & concipe fedus.*

*Stat. Nequa det indignos Thetidi captiva nepotes.  
Post quartum.*

*Virg. Grajus homo infectos linquens profugus Hy-  
menaos.*

*id. Ille latus niveum molli fultus hyacintho.*

*id. Maneribus tibi pampinoe gravidus Autumno.*  
ADMONITIO.

His tribus præceptionibus non in suis com-  
ponendis, sed metiendis veterum Poetarum  
carminibus, utentur Tyroneſ.

#### PRÆCEPTVM IV

**V**ocalis brevis ante mutam & liquidam e-  
juſdem dictionis, ut suprà dictum est,  
communis est in carmine, quamvis in  
ſoluta oratione ſemper corripiatur: *ut Atlas, vor-  
lucris: Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris.*

Ovid. *Tempus Altaveniet, tua quo ſpoliabitur auro  
Arbor,*

Virg. *Cithara crinitus iopas*

*Personat aurata, docuit que maximus Atlas.*

*id. Cum tacet omnis ager pecudes pictaque volu-  
cres.*

*id. Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alveo.*

#### APPENDIX

Syllaba naturâ longa nunquam corripitur,  
N 4 etiam-

## De Syllaba

etiam si muta cum liquida sequatur, ut *Ara-  
trum, volutabrum, involucrum, salubris, & re-  
liqua generis eiusdem.*

## PRÆCEPTVM V.

**U**ltima syllaba versus communis est, siquidem brevis pro longa ponitur.

Aut contra longa pro brevi.

Æn. I. *Virg. Gens inimica mibi Tyrrhenum navi-  
ib. gat æquor.*

*id. Nate patris summi, qui tela Typhoea te-  
mnis.*

Sextus enim pes Spondæus est, qui ex duabus longis constat.

Lib. 9. Aut contra longa pro brevi.

*Mart. Nobis non licet esse tam disertis,  
Qui Musas colimus severiores.*

Ultimus namque pes Chœrus est, qui ex longa constat & brevi.



DE NECESSITATE METRICA.

**L**ex, necessitasque metri cogit Poetas, breves aliquando producere, velut cùm sunt tres breves continuæ in Carmine Heroico: quod in Italia, Priamide, Arabia, alijsque

Æn. 3. id genus usu venit.

Æn. 6. *Virg. Ibitis Italiam: portusque intrare licebit.*

*id. Atque hic Priamiden laniat um corpore toto  
Deiphobum vidi.*

Pro-

*Propert. Et domus intactæ te tremit Arabiæ.*

Aut contrà longas corripere; ut cùm brevis  
inter duas longas est.

*Juvén. Fugerunt trepidi vera ac manife-  
sta canentem.*

*Stoicidæ.*

*Stoicidæ*, dixit penultima brevi, necessitate  
metri constrictus: neque enim Hexametrum  
Carmen Creticum recipit, qui ex longa, brevi  
& longa constat.

DE LICENTIA POETICA.

**P**oetæ, quibus semper potestas fuit, *ut inquit Horatius*, quidlibet audendi, nulla coacti  
necessitate syllabis interdum pro suo jure  
abutuntur. Tulerunt enim, dederunt, & non-  
nulla alia ejusdem generis penultimâ correpta  
efferunt.

*Virg. Matri longa decem tulerunt fastidia  
menses.*

*Horat. Dij tibi divitias dederunt, artémq;  
fruendi.*



DE PEDIBUS.

**Q**uoniam de syllabis tum brevibus, tum  
longis, tum communibus dictum est,  
supereft, ut de pedibus, qui ex ipsis syl-  
labis, & de verfu, qui ex pedibus constat, bre-  
viter dicamus.

# De Pedibus

## QUID SIT PES.

**P**ES est pars versus certo syllabarum numero atque ordine definita.

### *Pedes duarum Syllabarum.*

Spondæus constat ex duabus syllabis longis  
*ut Polunt, omnes.*

Pyrrichius ex duabus brevibus, *ut Furor, ruit.*

Choreus, seu, ut alij vocant, Trochæus ex longa & brevi, *ut Arma, vincor.*

Jambus ex brevi & longa, *ut Viros, rogas.*

### *Pedes trium syllabarum.*

Molossus ex tribus longis, *ut Æneas, contendunt.*

Trochæus sive Trybrachis ex tribus brevibus, *ut Facere, Tumidus.*

Dactylus ex longa & duabus brevibus, *ut Corpora, Traximus.*

Anapaëstus ex duabus brevibus & longa, *ut Animos, capiunt.*

Bacchius ex brevi & duabus longis, *ut Dolores Parabant.*

Antibacchius ex duabus longis, & brevi, *ut Audiſſe, Maturus.*

Creticus seu Amphimacer ex longa, brevi, & longa. *ut Maximos, Audiunt.*

Am-

Amphibrachys ex brevi, longa, & brevi, ut  
Canebat, Poema.

Pedes quatuor syllabarum ex superioribus com-  
positi.

Dispondæus constat ex duobus Spondæis, ut  
Oratores.

Proceleusmaticus ex duobus Pyrrichiis, ut A-  
biete.

Dichoreus ex duobus Choreis, ut Dimicare.  
Dijambus ex duobus Jambis, ut Propinquitas  
Choriambus ex Choro & Jambo, ut Nobilitas  
Antipastus ex Jambo & Choro, ut Recusare.  
Jonicus à majore ex Spondæo & Pyrrichio, ut  
Galcaribus, Cantabimus.

Jonicus à minore, ex Pyrrichio, & Spondæo  
ut, Diomedes, Lacedamon.

### PÆON.

Pæones quatuor sunt, omnes ex tribus bre-  
vibus, & una longa constant, hac lege, ut pri-  
mus primam habeat longam, secundus secun-  
dam, tertius tertiam, quartus quartam.

Pæon I. Ex Choro & Pyrrichio, ut Aspice  
Temporibus.

Pæon II. Ex Jambo & Pyrrichio, ut Potentia  
docebimus.

Pæon

## De Pedibus

Pæon III Ex Pyrrichio & Choreo *ut, Animatus, Moriamur.*

Pæon IV. Ex Pyrrichio & Jambo, *ut Calamitas, Obierant.*

EPITRITI, SEU HYPPI TOTI-  
*dem sunt, sed superioribus contraru.*

Epitritus I. Ex Jambo & Spondæo, *ut Repentino, repugnarunt.*

Epitritus II. Ex Choreo & Spondæo, *ut Conditores, comprobarunt.*

Epitritus III. Ex Spondæo & Iambo, *ut Discordia, clamaveras.*

Epitritus IV. Ex Spondæo & Choreo, *ut Fortunatus, pugnabamus.*

## Pedes quinque Syllabarum.

**Q**uinque syllabarum pedes inusitati sunt,  
præter Dochimum, oratoria compositio-  
ni maximè appositum: constat ex Iambo  
& Cretico, *ut Reipubli ca, perhorrescerent.*



## DE VERSV.

**V**ersus est oratio certo genere, numero,  
atque ordine pedum aliquata.

CAR-

CARMEN HEXAMETRUM,  
sive Heroicum.

Hexametrum Carmen constat sex pedibus,  
quorum quintus Dactylus est, sextus Spondæus  
reliqui Dactyli, vel Spondæi.

*Vir. Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos*

APPENDIX

Quintus pes nonnunquam Spondæus est :  
Unde Versus Spondaicus appellatur: quo vel  
rei alicujus gravitas & amplitudo, vel ingens  
mæror, animique angor, vel aiud declaratur.

*Virg. Cara Deum joboles, magnum Iovis  
incrementum.*

*id. Constitit, atq[ue] oculis Phrygia agmina cir-  
cumspexit.*

PENTAMETRUM

*Carmen.*

Pentametrum Carmen, quod ferè Hexame-  
trum comitatur, quinque pedes habet, quo-  
rum duo primi Dactyli, vel Spondæi, pro cu-  
jusque arbitrio sunt, adjunctâ syllabâ longâ ,  
quæ Cælura vel semipes dicitur: cæteri per-  
petuò sunt Dactyli, quibus semipes itidem ad-  
jungitur, ut ex utroque semipede quintus pes  
fiat: vel tertio loco est Spondæus, qui alterius  
Verbi fine, alterius initio constat, deinde duo  
Anapæsti.

*Ov. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo :  
Et subito casu, quæ valuererunt.*

## De Variis Gener.

SENARIUS JAMBICVS , SIVE

Trimeter Jambicus Acatalecticus.

Senarius Iambicus , cùm purus est & integer , omnibus in locis Jambos habet.

Epod 2 Horat. Beatus ille , qui procul negotiis .

Omnis sex pedes Jambi sunt : totidem enim pedes Senarius admittit , unde & nomen inventit Verum , tardior ut paulo , graviorque veniret ad aures , Horatius ait , primo , tertio & quinto loco Spondaeum , Dactylum , & Anapæstum recipit . Omnibus etiam locis , præterquam sexto , Tribrahy m potest recipere .

ib. Horat. Pavidumque leporem , & advenam laquet gruem ,  
Jucunda captat præmia .

DIME TRVM JAMBICVM  
Acatalecticum .

Dimetrum Jambicum quatuor recipit pedes : secundo & quarto loco Jambos : primo & tertio Jambum , Spondaeum , Dactylum , Anapæstum : potest etiam in omnibus præter quartum , Tribrahy m admittere .

ib. Hor. Has inter epulas ut juvat pastas oves  
Videre properantes domum .

Lib. I. Mart. Vir celtiberis non tacentे gentibus  
Nostra equelaus Hispaniae .

SCAZON , SIVE CHORIAM-  
bus .

Scazon semper quinto loco habet Iambum ,  
sex-

sexto verò Spondæum : cæteris omnibus cum  
Senario Jambico consentit.

*Mart. Extemporalis factus est meus Rhetor,  
Calphurnium non scripsit & salutavit.*

## ANAPÆSTICVM DIMETRVM

*Acatalecticum.*

Anapæsticum Carmen , quo frequenter in  
choris utitur Seneca , constat quatuor pedibus  
qui ferè sunt Dactyli , vel Spondæi , permixtis  
Anapæstis : ita tamen , ut secundo & quarto  
loco absit Dactylus .

*Seneca. Lugeat æther , magnisque parens  
Ætheris alti , tellusque ferax ,  
Et vaga ponti mobilis unda .*

## APPENDIX.

Secundus pes dictionum terminat , qui fre-  
quentissimè est Spondæus .

## GLYCONICVM.

Glyconicm Carmen constat Spondæo , &  
duobus Dactylis , quo Seneca interdum cho-  
ros scribit .

*Seneca. Tandem regia nobilis ,  
Antiqui genus Inachi ,  
Eratrum composuit minas ,*

## De Variis Gen. Carm.

### ASCLEPIADEUM.

Asclepiadeum Carmen constat Spondæo ,  
duobus Choriambis , & Pyrrichio , vel Spon-  
dæo , Dactylo , & syllaba longa ; deinde duo-  
bus Dactylis ,

**Car. I. Hor. Mecænas atavis edite regibus.**

### PHALEVICUM.

Phalevicum Carmen quinque pedibus con-  
stat , Spondæo , Dactylo , deinde tribus Choreis .

**Li. II. Mar. Commendo tibi Quintiane nostros.**

*Nostros dicere si tamen libellos  
Possum , quos recitat tuus Poeta .*

### SAPHICUM CARMEN.

Versus Saphicus quinque pedes hoc ordine  
admittit : Choreum , Spondæum , Dactylum ,  
deinde duos choreos : tertio cuique carmini  
ferè negligitur Adonius , qui ex Dactylo & Spon-  
dæo constat .

**Car. I. Hor. Integer vitæ , scelerisque purus**

*Non eget Mauri jaculis , nec arcu ,*

*Nec venenantis gravida sagittis*

*Fusce , Pharetra .*

*Sive per Syrteis iter æstuojas .*

*Sive facturus per inhospitalem*

*Caucasum , vel quæ loca fabulosus*

*Lambit Hydaspes .*



DE CARMINUM DIMEN-  
SIONE.

**V**erius metimur pedibus, quibus metiendis non parum prodest Syllaba communis. Necesitas metricæ, licentia poeticae, Figurarumque cognitio.

EPISYNALOEPHE.

Episynalœphe, quæ & Synechphonesis & Syñæresis appellatur, est syllaba una ex duabus facta: quod sit, cum duæ Vocales in unam contrahuntur: Alevariâ, eadem, alveo, eodem, eosdem, aureis, arei, denaris.

**V**irg. Seu lento fuerint alevaria vimine texta.

**I**d. Una eadēmque via sanguis, animusq; sequuntur.

Hic E. & A. in unam syllabam contrahuntur

**I**d. Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveo.

**I**d. Uno eodemque tulit paru, paribusq; revinxit Serpentem spiris.

Hic E. & O. Vocales in unam coalecunt.

**I**d. Atria dependet lychni laquearibus aureis.

**I**d. Pectora: nec misero clypei mora profuit arei.

## De Carmiñm

Hic E. & I. in unam syllabam coeunt.

Mart. Denariis tribus in vitas, & manè  
togatum

Observare jubes atria, Basse, tua.

Hic duplex ij, in unum contractum est.

Idem accidit Genitivis Oilei Achilei, Ullisei, & Dativis, Ablativisque Tereo, Typhoeo, & similibus: interdum & Accusativo Typhoea

AEn. 1. Virg. Vnius ob noxam, & furias Ajacis O-

AEn. 3. ilei.

AEn. 9. Id. Littora Achamenides comes infelicis V-  
Met. 6. lyseii.

Met. 3. Id. Inarime Jovis imperiis imposta Typhoeo.

Ovid. Degeneras scelus & pietas in conjugē  
Tereo.

id. Nec quod Centimanum dejecerit igne Ty-  
phoea,

Nunc armatureo.

In primis E. & I. in secundis E. & O. in ultimo, E. & A. in unam syllabam coaleſcunt.

In superiorum contractione, delectu & au-  
toritate opus est: At horum Cui, huic, diis,  
diis, iudem, iisdem: usq; adeò, omnibus uti  
licet.

Item Adverbiorum Deinde, dein, deinceps,  
de hinc, & Verbi Deest, deerat, deerant, deer-  
rit, deerunt, deesse, & eorum, quæ ex Semi.  
componuntur, ut Semianimis, Semihomo.

Ovid.

Ovid. Juncta palus huic est , densis obseffa Met. 11  
salicis. Lib. 9.

Luc. Sed venient majora metu, dii vota se-Lib. 4.  
cundent.

Luca. iidem, cùm fortes animos præcepta  
subissent,

Optavere diem.

id. Usque adeò miserum est civili vivere bello Achili Lib. 1.

Stat. Dehinc sociare choros, castisque acce-  
dere sacrī Hortantur.

Luc Non ulli comitum sceleris præsaga de-Lib. 5.  
erant.

Mart. Sint Mecenats , non deerunt Flacce  
Marones.

Lucan. Semianimes alij vastum subiere pro- Lib. 3.  
fundum.

Virg. Semihominis Caci : facies quam dira  
tegebat. En. 5.

Huc etiam spectat Anteambulo , antehac ,  
anteit , & si quæ præterea sunt.

Mart. Sum comis ipse tuus , tumidiq; an-Lib. 2.  
teambulo regis.

Luc. Plurimaq; humanis antehac incognitu Lib. 6.  
mensis.

Virg. Qui candore nives anteirent , cursi-En. 12  
bus auras.

## Carminum

Synalœphe est, cùm Vocalis, aut Diphongus  
præcedentis dictionis à sequenti excipitur, &  
quodammodo absorbetur.

*Virg.* atq; ea diversâ penitus dum parte geruntur.  
*Id.* Conticuere omnes, intenti q; ora tenebant.

*Id.* --- clamorem ad sidera tollunt,

Dardanidae muris : spes addita suscitat iras.

## EXCEPTIO.

O. & Heu, sequente Vocali, aut Diphongo,  
integra manent.

*Virg.* O pater, o hominum, divumq; aeterna potestas :

*Stat.* Heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis  
Imperfecta sonis?

## APPENDIX.

Interdum nec Vocalis, nec Diphongus, ut  
suprà diximus, à sequenti Vocali excipitur.

*Virg.* Glanco, & Panopea, & Inoo Meliceria.

*Id.* Posthabita coluisse Samo : hic illius arma.

*Id* quod multò rarius accidit, si Vocalis brevis  
sit.

*Virg.* Et vera incessu patuit dea : ille ubi matrem.

## APPENDIX II.

Synalœphe non solûm in eodem Carmine,  
sed etiam in diversis locum habet.

*Tirg.* Et spumas miscent argenti, vivaq; sulphura,  
Ideasque pices.

*Id.* Inseritur verò ex fætu nucis arbutus horrida :  
Et steriles platani malos gessere valentes.

*Id.* --- quibus orbis in oris

*Jactemur doceas: ignari hominumq; locorumq;  
Erramus.*

*In his atq; similibus locis ultima vocalis praecedentis versus exigitur, atque absorbetur à prima sequentis.*

## ECHTLIPSIS.

**E**cchtlipsis est, cum M. littera simul cum Vocali eliditur, propter sequentem Vocalem.

*Virg. Italianam, Italianam primus conclamat Achates.  
Pers. O curas hominum: o quantum est in rebus  
inanis.*

## APPENDIX

Prisci M. litteram cum Vocali correpta servabant.

*Lucr. Nam sit antundem est in lanæ glomere quan-*  
*tum.*

*Corporum in plumbo est tantundem pendere par-*  
*est.*

Corporum Dactyllus est.

*Ennius. Insignita ferè tum millia millitum octo.*

## APPENDIX II.

Echtlipsis etiam in diversis carminibus lo-  
cum habet.

*Virg. Jamq; iter emensi, turres ac tecta Latinorum  
Ardua cernebant juvenes, murosq; subibant  
Id. Aut dulcis musli Vulcani decoquit humorem,  
Et foliis undam tepidi despumat aheni.*

## APPENDIX III.

• Prisci Poetæ, S. litteram passim elidebant:  
O 3 quod

## De Carminum

quod si deinde concurrerent vocales , prior à posteriore per Synalœphen excipiebatur.

**Ennius.** Doctus fidelis, suavis homo facundus, suoq; Contentus, atq; beatus, scitus secunda loquens in Tempore, commodus, & verborum vir paucorum.

Doctu' si, cundu' su, Dactyli sunt In secundo versu ex primo verbo exteritur, S. deinde fit Synalœphe sic : Content' Atque be.

Rarissimè apud Posteros videbis hanc littaram extritam.

**Cicer.** Delphinus jacet, haud nimio lustratus nitore Alcinous. Longè erit à primo quisquis secundus erit Lustratus , & quisquis. S. amittunt.

## DIARESIS , SIVE DIALYSIS.

Diæresis est , cùm syllaba una in duas dividitur, ut Aurai, trisyllabum pro Auræ dissyllabo : syllæ, evolliam, evoluisse, dissoliio, heii, persolvendum, Juavis, jam apud Comicos dissyllabum est. Virg. Æthereum sensum atq; aurai simplicis ignem Hor. Nivesq; deducunt Jovem : nunc mare , nunc sylva.

**Catul.** Condita quin veri pectoris evolliam.

**Ovid.** Debuerant fusos evoluisse suos.

**Catul.** Pristina vota novo munere dissoliio.

**Ovid.** Vita data est utenda : data est sine fænore nobis.

Mutua nec certâ persolvenda die.

**Mart.** Heii quam bene nunc Papyriano.

**Virg.** Non lux, non cibus est suavis illi.

## SYSTOLE.

Systole est,cùm syllaba naturâ longa corripitur

**Virg.** Cūm subito assurgens fluctu nimboſus Orion.  
Id ille autem paribus quas fulgere cernis in armis.  
id. -- totumq; instructo Marte videres.

Fervere Leucaten, aurōq; effulgere fluctus.

**Sil.** Terruerunt pavidos accensa Cerauria nautas  
Aut positione longa, sed altera consonante  
extrita? ut Obicis, pro Obijcis: Abici, pro Abijci.  
**Lucan.** Cur obicis Magno tumulum, manesque va-  
gantes?

**Ov.** Turpe putas abici, quod sim miser andus amicis  
ECTASIS SIVE DIASTOLE.

**E**CTasis est, cūm syllaba natura brevis sim-  
pliciter producitur.

**Virg.** Italiam fato profugus, Lavinaque venit  
Litora.

Stat. -- seu castra subire.

Apparet: aut celsum crebris arietibus urbis  
Inclinare latus.

Aut cūm eadem consonans geminatur, *ut*,  
Relligio, reliquia: repperit, rettulit, reppulit.

**Virg.** Relligione patrum, multos servata per annos  
id. Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillei

id. Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit unum  
Hor. Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

**Luc.** Reppulit à Libycis immensum Syrtibus equor  
Aut I. & V. vocales in consonantes mutantur.

**Virg.** -- cuius apertum

Adversi longa transverberat abiecte pectus.

id. Mania, quiq; imos pulsabant ariete muros.

id. Abietibus juvenes patriis, & montibus aquos.

id.

## De Carm inum

*Id. Herent parietibus scalæ, postesq; sub ipsos.*

*Sil. Arietat in primos, obicitq; inania membra.*

In his & similibus locis *I. vocalis* : fit consonans : itaq; *Abiete*, *ariete*, *Dactyli* sunt.

*Virg. Tenuia nec lana per cælum vellera ferri.*

*id. Genua labant, vaslos quatit ager anhelitus ar-*  
*tus.*

In his *Vocalis*, in consonantem migrat: quare *Tenuia Dactylus* est, itidem *Genuala*. Hæc est Probi sententia : sunt qui existimunt esse Proceleusmaticum. Neque mirari debes si vocales mutentur in consonantes: cum eadem litteræ consonantes, interdum in Vocales vertantur, ut dissoluo quadrasyllabum, pro dissolvo trisyllabo, & cætera, quæ per Diæresin in duas syllabas dividuntur.

---

## DE CÆSURA.

**S**i pedes, maximè versus Heroicè singulis verbis consistent, ineptum, & insulsum fit carmen, ut

*Aurea scribis carmina iuli maxime vatuni.*

Contra, si verba concidantur, ita ut mutuo amplexu pedes alij ex aliis pendeant, pulcherrimus efficitur versus.

*Virg. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*

*id. Non ignara mali miseris succurrere disco.*

*id. iustitiaq; dedit gentes frænare superbas.*

*id. Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu*

*Syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post*

quemvis pedem relinquitur, vulgo Cæsura dicatur: cuius tanta est vis, ut ejus beneficio brevis syllaba producatur: est enim quoddam in ipsa dimensione verborum, latens tempus: Nam dum moramur, atque ad alias transimus: intervalum unum, spaciumque lucramur.

*Virg. Pectoribus inhians spirantia consulit exta.*

*Id. Emicat Euryalus, munere victor amici.*

*Id. Una eademque viâ anguis, animisque sequuntur.*

*Id. Grajus homo infectos linquens profugus hymenaeos.*

Vides ut syllabæ naturâ breves: post primum, secundum, tertium, & quartum pedem producantur; id beneficium cæsuræ acceptum referunt.

#### APPENDIX.

Anapæstici versus optimi putantur, si pedes singuli è singulis fiant verbis.

*Senec. Tertia misit buccina signum.*

*Id. Nondum sera nuntius hora.*

*Id. Curvo brevius limite currens.*

Qui tamen perpauci sunt, si cum aliis conferantur.

*Id. Pectora longis hebetata malis,*

*Iam sollicitas ponite curas:*

*Fugiat mœror, fugiatque pavor.*

Nec illuc prætereat, Anapæsticum versum nonnunquam pedem Anapæstum habere nullum, id quod primi duo versiculi aperte docent.

# De Cælura.

## DE PENTHEMIMERI , *Hepthemimeri , &c.*

**V**eteres Grammatici verum Heroicum in quatuor partes secant, quas sectiones si- ve cæsuras appellant. Penthemimerim: Trochaicam: Hepthemimerim: Bucolicam, sive Tetrapodium,

*Penthemimeris*, Latinè Semiquinaria; con- stat ex duobus pedibus & syllaba, quæ dictio- nem claudit, *ut*

Æn. 8. *Virg. Ut belli signum--*

Æn. 10. *Idem. Panditur interea--*

Æn. 2. *Id. Turnus ut infractos.*

Trochaica post duos pedes habet duas sylla- bas, longam & brevem, sive Trochæum, qui dictionem terminet, *ut*

Eclog 4. *Virg. Non omnes arbusta--*

Æn. 2. *id. Infandum Regina--*

Æn. 9. *id. Executiens cervice.*

*Hepthemimeris*. Latinè semiseptenaria, con- tinet tres pedes, & iyllabam, quæ dictionem finiat.

Æn. 1. *Virg. Talibus Ilionœus: cuncti--*

ibid. *id. Multa super Priamo rogitans--*

ibid. *id. Terram inter flumus aperit:*

Bucolica, seu Tetrapodia fit, si sempitenariæ duas breves adjunxeris, *ut*

*Tali-*

*Talibus Ilioneus: cuncti simul--  
id. Multa super Priamo rogitans, super--  
id Terram inter fluctus aperit: furit--*

Hanc tamen postremam ajunt propriam es-  
se Bucolici carminis, qua Theocritus plurimum  
est usus.

## APPENDIX.

Versus, qui Heroico nomine digni censem-  
tur, modò cæsuram unam habent, ut  
*Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce.  
Panditur interea domus omnipotentis O-  
lympi.*

*Turnus ut infractos adverso Marte Latinos*

Omnis solam Semiquinariam habent: mo-  
dò duas, ut

*Non omnes arbusta juvant, humilesque  
myrica.*

*Infandum Regina jubes renovare dolorem.*

*Excutiens cervice toros, fixumque latro-  
nis, &c.*

Omnis Trochaicâ, & semiseptenaria con-  
stant. Modò tres, ut

*Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant  
Multa super Priamo rogitans, Juper Hecto-  
re multa.*

*Terram inter fluctus aperit: fuerit æstus  
arenis.*

Omnis

## De Patronymicis.

Omnes & Semiquinaria m , & semiseptenariam , & Bucolicam habent.

## DE VERBIS POETICIS.

**V**erborum licentiā liberiores multò sunt Poetæ , quām Oratores , quibus assiduè , accuratēque legendis , non solum verba , sed etiam cætera ornamenta ijs , qui poeticæ studio tenentur , diligentissimè sunt observanda.

## DE PATRONYMICIS NOMINIBUS.

**P**ropria item Poetarum sunt , quæ à Grammaticis Patronymica vocantur , quod à patrum majorūmque nominib⁹ facta , filium aut filiam , nepotem , aut neptem , aut ex posteris aliquem significant . Hæc ferè à Græcis nominibus fiunt , atque vel in Des , vel As. vel Is. vel Ne. exeunt : quorum prima masculina sunt , & primæ Declinationis , ut , Pelides , Achilles , Peleifilius .

Ovid. Pelides utinam vita fasset Apollinis arcus.

Æacides , Achilles , Æaci nepos .

Virg. Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector , ubi ingens Sarpedon .

Æacides , Pyrrhus prenepos Æaci .

Id. Coniugio Æacida Pyrrhi , sceptrisq; poti. sum .  
Æaci

De Patronimicis. 111

Æacides, Pyrrhus Epirotarum rex,  
ab Æaco originem trahens.

Id. Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; My-  
cenas.

Ipsumq; Æaciden genus armipotentis A-  
chillei.

Cætera fæminina sunt, & Declinationis ter-  
tiæ, exceptis ultimis: quæ secundæ sunt Græ-  
corum, ut Thesrias, Althaea, Thesij filia.

Ovid. Thesrias haud aliter dubiis affectibus  
errat.

Thaumantias, Iris, Thaumantis filia.

Virg. Ad quem sic rosco Thaumantias ore  
locuta est.

Æolis, Aleyone, Æoli filia.

Ovid. Æolis interea tantorum ignara ma-  
lorum.

Atlantis, Atlantidis, Electra Atlantis filia.

Virg. Dardanus Iba & primus pater urbis & auctor  
Electra, ut Graij perhibent, Atlantide cretus.

Nerine, Nerines, Galatea, filia Nerei.

id. Nerine Galatea, &c.

APPENDIX I.

Patronymica non solùm à patribus, avis,  
provavis, abavis, atavis, tritavis, aliisque ma-  
joribus deducuntur, sed etiam à matribus, ut  
Iliades, Romulus ab Ilia: Philyrides, Chiron,  
Centaurus, à Philyra: Latois, idis, velidos  
Diana, à Litò, hoc est, Latona, Ovid.

## De Patronymicis

Ovid. invadunt, portásque petunt, quas obijce  
firmo. Clauerat iliades.

id. Philyrides puerum cithara perfecit Achillem.

id. Præteritas ceſſasse ferunt Latoidis aras.

Item à fratribus ut Phoronis, io, sen, ifis,  
Phoronei ſoror: Phaeſontias, ſoror Phaeſonis.

id. Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos ul-  
trā ferre potest.

Virg. Tum Phaeſontiadus muſco circumdat ama-  
ra Corticis

A regibus prætereà, & conditoribus, ut Ro-  
mulidæ, Romani, à Romulo: Dardanidæ, Tro-  
jani, à Dardano: Æneade, ab Ænea: Cecropi-  
dæ, Athenienses, à Cecrope, ijdem Thesidæ, à  
Theseo.

Persius--inter poeſia querunt

Romulida ſaturi, quid dia poemata narrent.

Virg. Dardanida magni genus alto a ſanguine Di-  
vum.

id. Æneadásque meo nomen de nomine fingo.

Ovid. Phocus in interius ſpatium, pulchroſque  
recessus.

Cecropidas duxit.

Virg. Praemiaque ingentes pagos, & compita cir-  
cum Thesidæ posuere.

## APPENDIX II.

Multa à Regionibus, Urbibus, Montibus,  
Fontibus, Fluvijs, aliisque rebus fiunt, quæ for-  
mam quidem Patronymicam habent, re autem  
vera gentilia fiunt, aut pro Posſeffivis, Adjeſti-  
viſ-

visque nominibus ponuntur, ut Asis, Libyssis,  
italis, Ausonis: Sarmatis, Colchis, Sithonis, Thessali-  
lis, Siculis, Sidonis, ilias, Troas, Erymanthis, Mena-  
lis, Pieris, Tritonis, Pegasus, Phasis, Phæbas.

Ovid. celerique carinâ.

Ægeas metiris aquas, & in Asia terra.

Mania constituis.

Sil. Ad quem Cymodice Nympharum maximana-  
tu

Italidum.

Virg. Occurrit Acestes

Horridus in jaculis, & pelle Lybistidis urſa.

Ovid. Nomen Arionum Siculas impleverat urbes  
Captaque erat lyricis Ausonis orasonis.

id. Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

id. Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.

Virg. interea ad templum non aquæ Palladis ibant  
Crinibus iliades passis.

Ovid. Troades exclamant: obmutuit ille dolore.

id. Cumque truci Borea Manalis ursa videt.

id. Pegasus Oenone Phrygijs celeberrima silvis.

id. Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus.

Credulus immerita Phasida fovit ope.

Luc. Limine terrifico metuens consistere  
Phæbas.

# De Patronymicis



## PATRONYMICA MASCULINA QUO PACTO FOR- MENTUR.

### PRÆCEPTUM I.

**N**omina A. finita assumunt De syllabam  
*ut ilia, iliades.* As terminata, assumunt  
De syllabam ante S. *ut Æneas, Æneades,*  
*Pheratias, Pheratiades.*

**Ovid.** Cūmque Pheratiades, & Hyantheo  
Iolæo.

### EXCEPTIO I.

A. finita, aliquando ipsum A. mutant in I.  
*ut Philyra, Philyrides.* As terminata interdum  
I. ante A. assumunt, *ut Amyntas, Amyntiades,*  
*Philippus, Amynthæ filius.*

**Ov.** Aut *ut Amyntiaden, &c. Æneides, iulus*  
*Æneæ filius, fit à Græco Ainiás, Æneiades,*  
*sublato A. Æneides.*

**Virg.** Atque his ardenter dictis affatur lu-  
lum,

Sit Jatis Æneide, telis impune Nu-  
manum Oppetiisse tuis.

### PRÆCEPTVM II.

**E**s finita, mutant Es. in Ades. *ut Hippotes,*  
*Hippotades, Eolus, Hippotæ filius.*

**Ovid.**

Ovid. Clauerat Hippodates æterno carcere Met. 4.  
ventus.

## EXCEPTIO

Hæc sœpè I. ante A. admittunt, ut Anchises  
Anchisiades? Laertes, Laertiades.

Virg. Æneas Anchisiades, & fidus Achates En. 1.

Ovid. Saxa moves gemitu, Laertiadesq; Met 13  
precari.

## PRÆCEPTUM III.

**N**omina secundæ Declinationis; Us syllabā finitā, in Genitivo assumunt Des syllabam, penultimā brevi, ut Æacus, Æaci,  
Æacides: sic Priamides, Æolides, Tan-  
talides, à Priamo Æolo, Tantalo.

Virg. Misenum Æoliden, qno non præstan- En. 6.  
Met 13  
tior alter.

Ovid. Priamidemque Helenum rapta cum  
Pallade captum.

Idem. Tantalides tulis, tu Tereiæq; puer.

## EXCEPTIO I.

Nonnulla penultimam habent longam, ut,  
Belides, Lycurgides, Amphiardides.

Virg. Si forte tuas pervenit ad aures  
Belidæ nomen Palamedis. En. 2.

Ovid. Quique Lycurgiden laceravit ab ar-  
bore natum.

Idem. Amphiaraides Naupacteo Acheloo

De Patrociniiis.

*solve nefas dixit : solvit & ille nefas.*

EXCEPTIO II.

Quæ à nominibus secundæ declinationis fiunt, interdum etiam ante Des. syllabam, *A.* litteram recipiunt: maximè quæ in Ius. exeunt.

- *ut*, *Battus*, *Battiades*, *Asopus*, *Asopiades*: *Menætus*, *Menætiades*: *Thestius*, *Thestia-des*: *Nauplius*, *Naupliades*: hæc in Ius. posteriori I. Genitivi mutant in *A. ut Thestij*, *Thestia-des*.

Ovid. Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin.

Hoc ego devoveo, teq; tuosq; modo

Id. Huic Asopiades petis irrita, dixit, & urbi.

Idem. Sive Menætiaden fassis cecidisse sub armis.

Idem. Ne titulos intercipe fæminu nostros  
Thestiadæ clamant.

Id. Sed neque Naupliades facinus defendere tantum.

Iapetionides ab Japeto, pro Japetides, longius à norma recessit.

Ovid. Hic hominum cunctis ingenti corpore  
præstans

Iapetionides Atlasserat.

## De Patronymicis.

### PRÆCEPTVM IV

**G**enitivus nominum in Eus. assumit Des. syllabam, penultima longa: *E.* enim & *I.* vocales in *I.* longum, vel ei Dipton-gum contrahuntur. vel ei. more Græcorum ut à multis scribuntur: *ut Atreus, Atrei, Atri-*<sup>Met 13</sup>  
*des, seu Atreides: Sic Pelides, Peleides, Al-*<sup>Æn. 10</sup>  
*cidores, Achillides, Thesides, Tydides, &*<sup>In Ep,</sup>  
*seccenta alia.*

Ovid. Convocat Atrides socios terrore pa-  
ventes

Virg. Te precor Alcides, cæptis ingentibus  
ad sis.

Ovid. Pyrrhus Achillides animosus imagine  
patris.

### APPENDIX

Hæc rarius *A.* ante Des. syllabam habent. *Æn.* 2.

Virg. Panthus Otriades, arcis Phæbiq; ja-  
cerdos.

### PRÆCEPTVM V.

**S**i nomina sint tertiae Declinationis, patro-  
nymica sunt à Dativo, additâ Des syllabâ,  
ut *Agenor, agenoris, agenori, agenorides,*  
*Cadmus filius Agenoris Thestorides, Cal-*  
*chas filius Thestoris: Actorides, Patroclus*  
*nepos Actoris: Æsonides, Iason filius Æjo-*  
*nis.*

Ovid.

## De Patronymicis

Met. 3. Ovid. Donec Agenorides conjectum in guttura ferrum.

Met 12 Id. --- at veri providus augur  
Thestorides : Vincemus ait.

Met 13 Id. Repulit Acterides sub imagine tutus  
Achillis

Lib. 6. Troas ab arjuris cum defensorie caminis.  
Valer. Flac. Advolat Æsonides, mortemque  
cadentis acervat.

### EXCEPTIO.

Nomina As finita, quorum Genitivus exit  
in Antis. A. litteram ante Des. syllabam pe-  
tunt, ut Abas, abantis, abanti, abantiades: sic At-  
lantiades, Pæantiades, Athamantiades, Dryan-  
tiades, & alia id genus.

Met. 5. Ovid. Victor Abantiades patrios cum conjugi  
muros Intrat.

Met. 8. Idem. Venit Atlantiades positis caducifer aliis.

Eodem ferè modo formantur, quæ à nomi-  
nibus in On. fiunt. ut Telamon, Telamonis, Te-  
lamoni, Telamoniades: Amphitryoniades, Lao-  
medontiades.

A Scipione tamen non Scipioniades, sed Sci-  
piades, imminutè nascitur.

Ovid. Nec Telamoniades etiam nunc hincere quid-  
quam Audet.

Virg. Interea cum jam stabulis saturata moveret  
Amphitryoniades armenta.

Id.

## De Patronymicis

*Idem Laomedontiadēm Priānum Salamina pētentem.*

*Idem.---hac Detios Marios, magnosque Camillos.*

*Scipiades duros bello, & te maximē Cēsar.  
Sil. Heu ubi nunc Gracchi? aut ubi sunt nunc fulmina gentis Scipiada?*

## PATRONYMICA FOEMININA UNDE FORMENTUR PRÆCEPTUM I.

Atronymica fæminina, quæ in *As* & *Is.* exeunt, sicut à masculinis, De. syllaba sublata, ut *Thestiades*, *Thestias*, *Thestiadis*: *Eetiades*, *Etias*: *Thaumantiades*, *Thaumantias*: *Phae tontiades*, *Phaetontias*: *Æolides*, *Æolis*, *Æolidis*: *Tantalides*, *Tantales*: *Oebalides*, *Oebalis*: *Latoïdes*, *Latois*: *Dardanides*, *Dardanis*, *idis*: *Cecropides*, *Cecropis*, *Belides*, *Belis*, *idis*. Multa præterea sunt, quæ passim apud Poetas leguntur.

*Ovid.---rapido fallax Ætias igni,*

*Imponit purum laticem.*

*Idem. Talibus Æolidis dicitis, lacrymisq; movetur.*

*Id. Aut ego Tantalide Tantis uxor ero.*

*Idem. Assidue repetunt, quas perdunt Belides un das.*

## APPENDIX I.

Quædam tum in *As*, tum in *Is.* exeunt, ut, *Ætias*, & *Ætis*: *Atlantias*, & *Atlantis*.

*Valer. Fiac.---Nec me Ætis quin audi. it opto.*

## De Patronymicis

Lib. 6. *Idem.* -- *ingens* Ætida perculit horror.

Geor. 2. *Virg.* Ante tibi Eoe Atlantides abscondantur.

Lib. 16. *Sil.* *Vixq; Atlantiadum rube fecerat ira sororum.*

## APPENDIX II.

Fæminina, quæ à Mæculinis sunt, penultima longa, in Ets. desinunt, soluta diphthongo, atque E. brevi. in longum verso, ut *Æneides*, *Æneis*, *Æneidos*: *Achilleides*, *Achilleis*, *Achilleidos*: *Theseides*, *Theseis*, *Theseidos*.

Trist. 2. *Ovid.* Et tamen ille tua felix *Æneidos* author.

Stat. *Vive precor* : nec tu divina *Æneida* tenta

Iuv. Semper ego auditor tantum? nunquam nere-  
ponam.

*Vexatus toties rauci Thescide Codri?*

## EXCEPTIO.

Nonnunquam penultima manet brevis.

Ovid. *Res quoq; tanta fuit, quanta subsisteremus*

*mo*

*Æneidos* vati grande fuisse opus.

## PRÆCEPTUM II.

**N**E finita, à Genitivo sunt additâ Ne-  
yllaba penultima longa, ut, *Neptunus*,  
*Neptuni*, *Neptunine*: sic *Adrastante*, *Neri-  
ne*, à Genitivis *Adrasti*, *Nerei* E. & I. mutatis  
in I, longum. Quod si primigenium I. ante Os  
habeat, mutabitur Os, in One, penultima  
productâ : ut *Acrisios*, *acrisioni*, *acrisione*, *Da-  
nae*, *Acrisij filia*.

Catul. *Tene Thetis genuit pulcherrima Neptunine*

AP-

A muliebri Acrisione finxit Ovidius vitile  
Acrisioniades.

Vertit in hunc harpen maledefactam cede Medusa  
Acrisionades adigitq; in pectus : at ille , &c.



DE METAPLASMO.

**P**roprium itidem Poetarum est verbis, quibus  
Oratores utuntur, aliquid interdum  
addere, vel detrahere, nonnunquam  
litteras alias aliis permutare: aliquando è  
proprio loco in alienum transferre, quod  
quidem cum in soluta oratione vitium sit,  
barbarismusq; nominetur, in carmine ta-  
men non Barbarismus, sed Metaplasmus  
appellatur: datur enim venia Poetis, quia  
plerumque coguntur metro servire. Meta-  
plasmus vero dicitur, quod vetus verbo-  
rum forma, vel necessitate metri, vel or-  
nandi poematis causa, à Poetis in novam  
figuram, faciemque sermonis mutetur.

PROTHESIS. Prothesis.

Littera vel Syllaba principio dictionis addi-  
ta, vocatur Prothesis, ut Gnatius, pro Natus:  
Tetulissim, pro Tulissim.

Terent. Eo pacto & grati vitam, & consi-  
lium meum cognosc.

## De Figuris

*Idem. Nam pol, si id scissim, nunquam huc  
tetulissim pedem.*

### EPENTHESIS. Epenthesis.

Epenthesis est, cum medio dictionis littera,  
aut syllaba intericitur, ut Reliquias: pro reli-  
quias: Mavors, pro Mars: Navita pro Nauta:  
Admittier, pro admitti.

*Aen. 1. Virg. Troas reliquias Danaum, atque im-  
mitis Achillei.*

*Aen. 8. Idem. Fecerat, & viridi fætam Mavortis  
in antro*

*Procubuisse lupam.*

*Fast. 2. Ovid. Quid tibi cum gladio: dubiam rege  
navita puppim.*

### PARAGOGE. Paragoge. SEU Proparalepsis Preparalepsis.

Paragoge seu proparalepsis dicitur, cum ex-  
tremæ syllabæ aliquid adjungitur, ut Deludier,  
pro deludi, admittier, pro admitti.

*Andr. Terent. Vbivis facilius passus sim, quam  
in hac re me deludier.*

*Aen. 9. Virg. --- tum Nifus. & una*

*Eurialus confestim alacres admittier orant.*

### APHÆRESIS. Aphæresis.

Littera, vel syllaba principio dictionis sub-  
tracta, Aphæresis appellatur, ut Ruo, pro eruo,  
Temno, pro o. tem. ro.

*Virg.*

*Virg.---dabit ille ruinas*

*Arboribus stragemq; satis, ruet omnia late.*

SYNCOPE. Syncope.

Syncope litteram, vel syllabam è medio distinctionis subtrahit: *ut Gubernaclo, pro gubernaculo, periclis, pro periculis, vixet, pro vixisset extinxem, pro extinxisset.*

*Virg. Cumq; gubernaclo liquidas projectit in undas*

Præcipitem.

*Idem. --hic me pater optime fessum*

*Deseris: heu tantis nequidquam erepte periclis.*

*Idem Vixet cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.*

*Idem. --gnatumq; patremq;*

*Cum genere extinxem, memet super ipsa dedisset.*

APOCOPE. Apocope.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, *ut, Tuguri, pro Tugurij: Oti, pro otij.*

*Virg. Pauperis & tuguri congestum cespide culmen.*

*Id. Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis otij*

ANTITHESIS. Antithesis.

*Antithesis est litteræ commutatio, ut Olli. pro illi. Virg.*

## De Figuris.

*Virg. Olli cæruleus supra caput astitit imber.*

### METATHESIS. Metathesis

Metathesis est litterarum ordo immutatus,  
*ut Thymbre, pro Thymber.*

*Virg. Nam tibi Thymbre caput Evandrius  
abstulit ensis.*

Nisi quis putet in nominandi casu tum  
Thymber, tum Thymbrus dici, *ut Evander,*  
*& Evandrus.*

## APPENDIX.

Synalœphe, Episynalæphe, Diæresis, Eæth-  
lipsis, Sistole, Diaстole, sunt etiam Metapla-  
smi species: de quibus supra egimus.



## DE PROSODIA.

**G**ræci Prosodias, Latini Accentus vel Te-  
nores, & interdum Tonos vocant.

Acutus rector est ac moderator pro-  
nuntiationis: eo enim vel attollitur, vel dei-  
citur vox, vel partim attollitur, partim dei-  
citur. Unde ipsum non in meritò quidam vo-  
cis animam appellaverunt.

### Accentus tres.

Tres sunt tenores, Acutus, Gravis, Circum-  
flexus. Acuto attollitur syllaba, Gravi depri-  
mitur, *ut Pópulus*, penultima acuitur, antepen-  
ultima verò & ultima deprimitur, gradatim-  
que descendunt.

Acu-

Acuti nota è sinistra in dextram oblique ascendit: Gravis à summo in dextram oblique descendit.

Accentu Circumflexo partim attollitur, partim deicetur syll. ba, *ut Romanus*: ejus nota ex Acuto & Gravi constat: sonus hodie incertus est: siquidem latinæ linquæ hospites, veterisque pronuntiationis ignari, eodem penitus sono tum acutas, tum flexas voces effrimus.

Acutus in penultima, vel antepenultima locum habet: Circumflexus in penultima tantum: Gravis, ubi uterque Circumflexus & Acutus abest.

### PRÆCEPTUM I.

**N**ullius verbi Latini ultima syllaba, auctor Quinctiliano, aut acuitur, aut circumflectitur. Quare Pálam, *una*, *aliás*, & cætera id genus Adverbia, prima acuta sunt pronuntianda. Nec te moveat, quod ultimæ à Typographis gravi accentu notentur, id enim tantum fit, ut Adverbia esse intelligas.

### PRÆCEPTVM II.

**D**ictio unius syllabæ naturâ brevis, aut positione solùm longa acuitur: *ut át, ást,* *fáx, dúx.*

### PRÆCEPTUM III.

**D**ictio monosyllaba natura longa: aut si positione simul & natura, flectitur, *ut Mós, rós, lux.*

## De Prosodia.

### PRÆCEPTUM IV.

**I**N dissyllabis prior naturā longa : aut positione simul & naturā flectitur , dummodò posterior sit brevis ut *Cæcus* , *āudit* , *aetus* , *mæstus* , *matris* , *frāris* . Alioquin acuitur : ut , *Aētas* , *arma* , *fūror* .

### PRÆCEPTUM V.

**I**N pollysyllabis semper observanda est penultima , quæ flectitur , si longa fuerit naturā , aut naturā simul & positione , dummodo ultima sit brevis , ut *Anicus* , *affigit* , *arātrum* , *pālitra* , *anapæstus* , Alioquin acuitur , *Romānos* , *Victores* , *Marcellus* .

### PRÆCEPTUM VI.

**I**N pollysyllabis semper acuitur antepenultima , si penultima sit brevis , ut *Dōminus* , *Areopagus* .

#### *De Præpositionum tono.*

Præpositiones suis casibus præpositæ , uno , eodemque tenore simul cum ipsis effeuntur , ac si una tantum esset vox , ut *Per fōrum* , *ab eo* , *ad Dēum* , *prater mōrem* , *contra fadū* . Vides , ut præpositiones gravi tono pronuncientur .



## DE GRÆCIS VERBIS.

**V**Erba planè Græca , græco accentu proununtiantur , ut *Paralipoménōn* , penultima acuta . *Lithōstrotos* , acuta antepenultima *Kyrie* , eadem acuta , *eleison* , verbum post quatuor

tuor syllabarum , cuius non ultima , sed antea perultima acuitur.

## APPENDIX

In Græca lectione si duæ vocales concurrunt, ne in carmine quidem eliditur prior, nisi in ipsis libris antè extrita per Apostrophen fuerit. Quare cùm *Kyrie eleison* septem syllabis constet, totidemque vocalibus, salvis & integris scribatur, nulla prorsus est omittenda.

*Kyrie eleison* non solum à latinis, sed etiam à Græcis per septem vocales scribitur. *Esaie. 33 Kyrie eleison imas.* Psalm. 40. *Ego de ei pa kyrie eleison me.* Et paulò pòst. *Mi de kyrie eleison me* Matth. c. 17. *Kyrie eleison mu ton ion.* Si ultima vocalis prioris dictionis aut euphoniae, aut ornatus causâ elidenda esset, ejus absentiam Græci apostropho , ut solent, notassent.



## DE HEBRAEIS VOCALIBUS.

**Q**uae Hebreæ omnino sunt, neque latinitate donata, Hebræo tono pronuntiantur, ut *Amén*, *Cherubim*, *Seraphim*, quæ acutâ extrema, ut pleraque alia efferuntur.

## EXCEPTIO

Abel, Caín, Lamech, Nöe, Abigail, Bhal, Eden, Ephráta, Ephráim, Gómor, Isbóleth, Pháse, Sibóleth, & quæ in Ezer, Sedec, Mellec, & Ai exeunt, ut *Eliézer*, *Melchisédec*, *Abimelec*,

## De Hebræis Vocibus.

mælec , Sarai , Sinái , Abisái , penultimâ acutâ  
pronuntiantur.

Alia præterea sunt hujus classis , quæ con-  
sultò prætermitto.


## APPENDIX.


Quæ à Græcis & Hebræis ad latinos defe-  
cerunt : Latinorum norma metienda sunt : ut  
Idolum , mediâ flexâ , tum è Græcis idolon  
idolon , antepenultimâ acutâ pronuntie-  
tur.

Sára à Latinis priore acuta effertur ,  
quia declinatur , ut Musa , cùm ab Hæb-  
ræis Sará posterior acuatur . Sed hæc ba-  
stenus .

## F I N I S.







by Legatus & Jan  
Fugit ex agnali

is alien pathology  
morphology  
was by Aristotle  
as a despotically  
See the Phoenician

big & the vegetal,  
long & fibrous  
rooted  
rooted  
in  
the  
Leontes

re found Helanensis of new family  
but unlike found in English which contains  
Asian signs of high vulgarity of Africa  
Formerly Curiously: Zonotrichia  
for old he  
is by some  
of vegetation  
also vegetal  
abdominal mouth  
fishes: flatfish  
viscerae:  
male Geno  
fidelity question  
Ceratos has in female Descendit antebellum  
Belarus Indians

Item quē uocat apūlī

Item quē uocat apūlī

